

BIBLIOTECA

DE LA

Universidad de Salamanca.

2 Est. 13 Caj. 1. Núm. 18

2-13-1-18-



UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

GEDOS.USAL.ES

157

n^o 164

2-13-1-78

~~Num. 2.8. caso. 8. num. 10~~





87-1-21-5

Handwritten signature or scribble

IOANNIS IOVIANI PONTANI DE ASPIRATIO
NE AD MARINVM TOMACELLVM LIBER INCI
PIT.

T per compatrē Marine Tomacelle sapius me cum egisti. & per litteras a me ipse petiisti: ut aliquid tibi de aspiratione conscriberem. Itaque cū honesta uideretur postulatio ista tua: licet difficile non parum esset præstare quod peteres. ho mini presertim in castris & inter inquietissimas res agenti. Deceui tamen grāmaticorum me potius maledictis exponere q̄ ueteri amicitiaē nostræ ullomodo deesse. Quāobrem librū hunc de aspiratōne aspirandisq; uocibus ut iusseras scriptū nunc ad te micto: illorū detractiones cū mea hac parendi facultate pensaturus. Oro autē te: & per ipsorū grāmaticorum obtestor ferulas. ut anteq̄ populo legendum eū prebeas atq; in lucem des & tuum & amicorum qui studia hæc non aspernantur iudicium diligenter explores: Quo emendatiora hæc in adolescentiū manus per te ueniant. De utilitate autem præceptionis huius nihil dico: quoniam laudatores non quæro: satis quidem contentus si qui litterario hoc in ludo sese exercent minus acres eos reprehenses inuenero.

ASPIRATIO est humani spiritus crassitudo: qua litterarū sonus crassior in pronuntiando redditur. Cum autem omnis litterarū numerus constet quinque tantū uocalibus: reliquis uero consonantibus. Sintq; consonantes quindecim (nam k a latinis repudiata est) uocales omnes suo loco aspirationem accipiunt. E consonantibus uero quatuor tantū. Ex omni igitur litterarum numero nouem solum aspiramus. Quarū sunt uocales quinque a e i o u: & q̄ græca dicitur littera ypsilon. Consonantes quatuor c p t r quarum tres mutæ: Vna semiuocalis: uocalium soni ut aliquādo ab aspiratione incipiunt: sic in ea nunq̄ desinunt apud nos: preterq̄ in his dictionibus ah uah oh. Cū enim enuntio halo halas halat ab ipsa aspiratione uox incipit. at cū ah in ea desinit. qd̄ itē fit in consonantibus: q̄ in aspiratione desinūt licet ab ea nūq̄ incipiāt.

Aspiratio Quid

k. littera a latinis repudiata

Consonantes quatuor tantū aspirant: c. p. t. r.

Handwritten notes and diagrams illustrating the concept of aspiration, including letters and symbols.



Fit autem semper aspiratio apud nos aut in principio syllabæ cum a uocali incipit. ut hamus: uehemens. aut in medio ubi cōsonāti adheret. ut thetis rhodus. Nam in fine uocū nostrarū nūq̄ aspiratio inuenitur: nisi in interiectionibus quas dixi. Similiter i cōsonāte densa nulla omnino desinit latina dictio. q̄q̄ apud barbaros permultæ. Sed Barbari aspiratione ita utuntur ut sit ipsis peculiaris & quodammodo propria. Græci non adeo sæpe. Nostri ac presertim uetutissimi parcissime.

C & T aspiramus in græcis tm̄ dictionibus quasq̄ a græco deduximus & in barbaris. ut charites: theocritus: thamar: rachab. Similiter P & R ut phasis rhodus iosephus rhoboa. in nostris nunq̄ quis nōnunq̄ in quibusdam quæ nostræ uideri possunt: ut rhoda quod nomen cū sit græcū uel ut quidā malūt gallicū: nostrū effectū est.

Licet autem C & T in quibusdā nostris dictionibus de quibus suo loco dicam nunc aspiremus. Vtus tamē magis id obtinuit q̄ qd̄ latinæ linguæ lex id permittat.

Quemadmodum autem litterarum sonus qui cuiq̄ suus est uel obtusior est. uel acutior uel exilior uel plenior uel leuior uel asperior: pro contextu aliarumq̄ coherentium uicinitate. proq̄ positu ac loco. Cum aut primæ aut mediæ aut ultimæ constituuntur. sic aspiratio: nunc magis nunc minus crassa & densa est. Si enim pronuntiem p̄sitacus & sinus tenuius in priore sonabit s̄ quæ p̄cedēte p̄ tenuatur adeo ut quasi exhibetur. Eodem modo si enūtiem sol & tellus facile quidem aures ipsæ iudicauerūt plenius sonare L in dictōne sol. exilius in uoce tellus. mediocriter autem si expresserim: aut lotus aut latus aut deletus. nō erit enim in his L adeo plenum ut est in nomine sol: neq̄ ita exile. ut in nominibus in quibus l duplicatur. Hoc idem in aspirando accidit. Nā si enuntiauerō uah maior est densitas. si homo minor. item cum dico thetis phidias rhenus aspiratio non est in his æque ac in illis crassa. quod aures ipsæ facile iudicāt. Cū enim dico uah spiritus ille densior uegetiorq̄ est q̄ cum effero hamus & cū enuntio

Consonans densa

Charites
Theocritus
Thamar
Rachab
Phasis
Rhodus
Iosephus
Rhoboa
Rhoda

Aspiratio nunc
magis minus
crassa

rhodus aspiratio est plenior q̄ cum thomas. At philo & phidias & deiphebe & demipho pronuntiat̄ labris paulo strictioribus Et ubi effero theos dētibus linguam admoueo: quæ quidem cohibetur interius cum enuntiat̄ homo. Accidūt autem hæc tū p̄pter naturam & situm litterarum: quæ aspirationem admittūt tum quia non parum differt quæ littera statim sequat̄

VOCALIBVS aspiramus tam in primis & ultimis syllabis: q̄ etiā in mediis eodem modo. C. P. T. R. consonantibus. de quibus particulatim postea dicam. Ob hanc enim causam hoc q̄tulūcunq̄ laboris est: mihi desumpsi: ut ostenderem quæ dictiones in quibus litteris syllabisq̄ aspirationem exigant. Quod anteq̄ prestē Considerandū uidetur: an aspiratio id est h littera sit: habeat ne litteræ potestatem: an figuram tm̄. quodq̄ in ordine contextuq̄ litterarū cū eis scribat̄.

ASPIRATIONIS notam a nostris litterā non fuisse habitā illud inditio est: q̄ olim nō uti nunc aspiratio figurā habebat. Sed ut apud Græcos hodie fit supra uocalem apex quidā notabat̄ quā dālian illi uocant. Atq̄ ea quidē partius multo q̄ nūc uetustissimi mos Latinos comperio usos & fere in illis solum dictionibus quibus natura inesset: ut animi motus quidam & affectus declararetur. quales sunt heu hei heiuolo. Posteriores uero figuram aspirationi certam dedere: & inter litteras notare maluerunt. Sed neq̄ hi de quibus loquor: neq̄ nr̄i etiā temporis grāmatici lram esse confiteant̄. E quibus si quæras. quid ea sit hætenus definiēt: ut h aspirationis notā esse dicant. Cur aut lram esse negent: multis ac p̄babilibus adducunt rationibus. quas si cōfirmauerim non erit fortasse inutile latinis adolecētibus. Aiūt enim uerū esse qd̄ L sit lra lenior R asperior. Lenitatem tm̄ & asperitatem non esse litteras. Eodē modo & aspirationē. Neq̄ enim consequi: si elementum aliquod densiore egeat spiritu: ut densitas & crassitudo illa sit lra. Nā huiusmodi densitas accidens est ut tenuitas ut lenitas ut asperitas. quod si a philosopho aliquo scire quæras quo de genere densitudo hæc sit: respondebit ut arbitror sitū sequi atq̄ positionē. quibus grāmaticus quispiā qualitatem significare contendet.

h. nō esse litterā sed
tam aspirationis

littera

De q̄ predicamento. predicamentum n. dicitur genera & quidem generalissima supra que nō est aliud genus. aspiratio autem est de genere q̄libet. de spe. s. que est possibilis qualitas. efficitur in passione in sensu auditivo sicut in gustu amaritud & in tactu lenis uel asperitas & h genus



Sed quærerè hæc subtilius est alterius facultatis ac temporis. ob diuersas enim rationes diuersa sequitur prædicamenta.

QUID quod si h esset littera: aut esset muta: aut semiuocalis. Nam uocalè non esse illud plane docet: quod ea sola quod uocalis quæ præstat: syllabâ ex se formare nullo modo potest. Semiuocalis autè quomodo: siquidè semiuocales ex maxima pte cū uocalibus simul nomina terminât tã apud nos q̄ apud græcos (Ideo autè dixi ex maxima pte) q̄a & in C & in D & in T q̄ mutæ sunt aliquot exeunt nomina. ut lac. aliud caput. & quæ pronomina sunt hic hæc hoc. Nō loquor de barbaris apud quos nomina etiã in 3 exeunt qui q̄ sint cōtemnendi in omni p̄ceptione q̄ de orationis concinnitate tradat: illud plane docet: quod q̄ aut nō apte: aut nō satis latine: aut incultius loquit̄: eū barbarū dicimus. uerecundius loquor p̄pter Antoniū n̄m qui galeaz ptulit. ait enī ardeo mi galeaz mollè reperire catullū. Vicit enim in quibusdā consuetudo cui necesse est ut docti etiã homines q̄q̄ inuiti assentiãtur. Cum & ille ad quē scribebat uel molestissime fuisset laturus: quasi nominis dignitas minueret̄ si quod latinus exigebat sermo galeatius fuisset uocatus. Sed concedat̄ hoc poetæ erudito: p̄sertim ī quo necesse fuit: ut assentiret̄ multitudini. cū pleriq̄ barbarū id nomē arbitrent̄. Ad aspirationē redeo: si tñ illud p̄monero. cū 3 græca sit l̄ra id est quã a græcis acceperimus non debere aliqua apud nos terminare nomina. Cū apud illos a q̄bus eã mutuati sumus: græcū nullū finiat. q̄q̄ barbara multa in illam exeunt: ut acaz. Nullū omnino nomē aspiratio claudit. quod omnes faciūt semiuocales. Non est igitur h semiuocalis. Quid q̄ semiuocaliū omniū p̄terq̄ x q̄ duplex ē enūtiatio ab e uocali incipit. & in consonantē id est in seipsā definit. At h & si uidet̄ quodãmodo ab a uocali incipere: nō tñ exit in consonantē sed spiritu suo terminatur. Ad hæc semiuocales om̄s p̄ter x sibi possūt eadē succedere & geminari ī neccēdis syllabis. ut in his annus: terror: fossor: cōmodū: tellus. h uero nō potest. nulla. n. syllaba in aspirationē definit: si subsequēs ab illa incipiat. Quinetiã in terminatōnibus nominū semiuocales om̄s p̄ter quã dixi inueniunt̄ p̄cedere s terminalem ut puls: ars: hiems: glans: q̄d. h. nō facit. Quo efficit̄ eam nullo

Antonium panormita
preceptorem regis neapo
litani significat.

modo esse semiuocalè. Ideo autè x excipit̄ q̄a duplex ē. habet enī uim gs & cs: At erit fortasse muta: Sed mutæ om̄s p̄ter F a se incipiūt & in uocalibus desinunt. quod de. h. dici non potest. Quid quod mutæ in eadē syllaba cohærere sibi duæ tñ possūt. ut ī hac uoce doctus. Mixtæ autè cū semiuocalibus ad sūmū tres ut ī nomine doctrina. At cū erychthonius. tertia eius nominis syllaba a C aspirato incipit: quod statim subsequit̄ T aspiratū. Quod si. h. esset: aut semiuocalis aut muta: ea syllaba ex q̄tuor cōsonantibus simul coeuntibus cōponeret̄: q̄d linguæ latinæ lex nō permittit. His igit̄ rationibus efficitur: ut cū. h. nec semiuocalis sit: nec consonans: l̄ra esse nō possit. Nā si nec muta nec semiuocalis ē consonans quō dicitur: & uocalè nō esse satis manifestū ē. Dixit quispiã eã esse l̄ram a græcis acceptã: ut 3 & ypsilon. q̄d dictū quidē absurdū est. Nam quæ ab illis dasia dicit̄: nō inter litteras sed prosodias numerat̄. Idēq̄ est apud græcos dasia / cū aspirat uocalibus: q̄d est apud nos h: nec nisi nota quedã ē q̄ suprauocalè ponit̄. Licet. P C T cū aspiratōnē accipiūt: nō ut uocales dasia notent̄: sed p̄priis scribãtur figuris: de q̄bus suo loco dicã. Sūt autè apud græcos prosodiæ octo quarum nomina ac note sunt. Oxia / uaria \ perispomene ~ dasia / psile) apostrophus) hyphe ~ diastole 9. addūt nōnulli brachian ~ & macran ~. hæc tres oxia: uaria & perispomene accentuū notæ sunt: ut apud nos acutus grauis & utrisq̄ constās moderatus: quē alio nomine circumflexū dicūt. dasia nota est densioris ac pinguioris flatus. psile tenuioris sicciorisq̄. Apostrophus uero q̄ ē dextera pars circuli ad summū l̄ræ posita: tñ notat̄ cū ostendēdū ē deesse uoci ultimā l̄ram q̄d a græcis seruat̄ cū uocales cōcurrūt. Ex qua institutione illud ē quod nō modo plauti sed etiã lucretii tēporibus & dicebat̄ & scribebat̄ in uersu magnust & multust. p̄ eo q̄ magnum est & multū est. Hiphe cuius nota ē lineola repãda dictionibus subicitur cū duas uoces coisse simul & ī unã transisse: mōstrare opus est. Vt si ostendere uelis maledoctus & malesanus in unã coisse dictionem. quomodo apud Virgiliū antemalorū. & apud Nasonē Antemei. & apud Propertiū semperamicitia. Atq̄ apud Terentiū Semplenitas. Cōtraria est Diastole ut si pticulã

Erychthonius

Prosodiæ apud græcos
octo

Verg. Antemalor.
Ouidius Antemai
Propertius semperamicitia
Terentius Semplenitas



nisi & ficut: non unā sed duas esse dictiones uelis ostendere. Reliquæ duæ notæ sunt temporum idest brachia breuitatis: macra productionis. Ex quibus satis manifestum est dasian apud græcos: ut cæteras prosodias: nō esse litteram sed notā quādā: quod idem de h dicere necesse est.

PRETEREA Cum accidat litteræ potestas quæ ut Pristiano uideatur ipsa pronuntiatio est: & item figura qua describitur: & nomē quo appellatur: ut non solum pronuntiatione sed etiam figura & uocabulo alia differat ab alia: neq; ppter solam figuram: neq; propter solum nomē. neq; propter utrunq; simul: dicendum est aliquid esse litteram. Nam & numerorum figuræ quædam sunt quas litteras dicere nemo audeat: & lineæ trianguliq; sua nomia & figuras habent. Itemq; accentus & prosodiæ quas dixi quæ tamen litteræ nō sunt. Eodem modo. h. licet figura & quasi nomine minime careat: littera tamen non est. At scribitur. h. in uersu scribitur etiā parenthesis & lineola: quam uirgulam dicunt & nota interrogationis: quæ nihil horū sit littera. Neq; illud dederim ut uerbum scribo de litteris tantum dicatur. Nam scribunt orationes: scribuntur epistolæ: Carmina uolumina: quæ litteræ nō sunt: tamen constant litteris. Ex eo enim scriptores dicti. An nō legitur apud Valeriū catullū. Nanq; totius uobis frontem tabernæ scipionibus scribam: quod quidem sonat ut plautinum illud quo te legam hoc scipione. Quid composita q̄ late proferūt significationes suas: ascribo proscribo describo: ut nō potuit pictor rectius describere: quod plautus dicit de eo qui hominem quendam quasi suis liniamentis designauerat. & apud Virgiliū. Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Mathematici enim cæli ambitum ac stellarum speras & terræ quam incolimus partes quibusdam distinctas cingulis ac gradibus: figurant lineis: & intra circulos cogunt. ut autem aliquantulum uager hoc a poeta de conone Samio nobili mathematico dictum est. non de claudio ptolomeo: ut Maronis interpretæ credunt. qui quidē multis post Virgiliū annis floruit. Fuit autem Conon hic temporibus ptolomei regis a quo propter disciplinā summo in honore est habitus. qui cū cæli sitū describeret: quasdā stellas quæ sūt in

4
eo sydere qui leo dicitur: crines esse Berenicis reginæ cōmentus est De quo est apud Hyginū in libro de signis cælestibus. Et apud Valerium catullum. Omnia qui magni suspexit lumina mundi. Qui stellarū ortus cōperit atq; obitus. Flammeus ut rapidi solis nitor obscuret. Ut cædant certis sydera temporibus. Idē me ille conon cælesti numine uidit. E bereniceo uertice cæsariæ: & quæ secuntur. Sed ad rem redeo. Sit sane. h. figura quædam quæ inter litteras notetur. Nō enim id quæritur possit ne. h. scribi in uersu & lris admisceri. Sed sit ne. h. dū effertur elementū. Sit ne pars minima dictionis: ut a ut b. Dū enī ab aliquo quærimus sit ne T lra: non id quæritur possit ne scribi inter litteras. Sed nū T sit minima pars compositæ uocis: sit ne elementum formandæ syllabæ dictionis & orationis.

SVCCVRRIT etiā illud quod prætereundū nō uidetur: hoc est opinari quosdā debere tū litteras appellari cū scribuntur elementa cum pronuntiantur: quorum opinio non me impedierit: quominus elementū pro lra: & lram pro elemento indifferenter accipiā. Nā si origo nominis cōsideretur lra a uerbo lego deducta ē: a quo & lectio q̄ pfecto absq; pñtiatione & sono esse nō pōt: quæ tñ tacentes interdū legimus. Sed q̄ p̄mus lram a lego uerbo deduxit: nō illud attendit q̄ interdū sine pñtiatione lrarū figuræ percurrantur oculis: quin tacetes sæpe nobiscum loquimur & disputamus. Loquitur enī secū animus & disputat: & tacitus legit. q̄q̄ nescio quo pacto moueri & affici tūc in nobis ipsis: uocis instrumenta sentimus: adeo tacita etiā lectio non sine motu quasi quodam pronuntiationis atq; affectu esse pōt. Ad hæc apud eruditissimos grāmaticæ artis scriptores indifferēter lram p elemento poni reperio: ut cū ab eis dicitur lra B nō pōt continuari cū lra M in eadem syllaba: nō id dicitur nō posse eas sic scribi: siquidē possunt: sed nequaquā posse una pñtari. Ipsæ quoq; Cicero lram nomiat q̄ si lra solū diceretur cū scripta est uel quod scribitur: falsum utiq; esset: quod a grāmaticis dicitur lra accidit potestas. Nā si potestas ut hi ipsi dicunt ipsa pñtatio est: ppter quam figuræ & nomina inuenta sunt: litteræ potestas accidere nullo modo pōt. Similiter si dicatur q̄ elemento accidat figura: ne id qdē uerum fuerit

Littera Berenice

Catullus

Plautus

Plautus

Verg.

Vergilij locus

Error interpretum

Verg.



Nam si cum dicitur elemētū: cum pronuntiatur: figura nullo pacto elemento accidet. Igitur cum doctissimus grāmaticus dixit litteræ accidet potestas: figura: & nomen: litteram & elementum simul cōprehendit. Quāobrem dari mihi hoc uolo: ut litteram & elemētum hac presertim in parte dicere indifferenter liceat. nō tamē desunt qui litterā a litura dictā uelint: quod apud uetustissimos fuerit consuetudo scribendi in tabulis ceratis: quorū opiniononi nō temerē quis accesserit: ut ab eo quod est litus litā litum lra dicta fuerit. Cuius uocis apud Virgiliū manifesta significatō ē. ut paribus lita corpora gustis. hoc est maculis notata & distincta: quod idē dixit alibi. Sparsis etiā nunc pellibus albo: & maculose tegmine lincis. Illud autē minime probauerim ut inde dicta sit littera: q̄ deleteretur oblitterareturq; e tabulis: in quibus ut dixi scribebant. An non absurdum est id asseuerare: ut littera appellata fuerit ab eo. propter quod ipa esse desineret. Desinit enim esse littera ubi deleta & oblitterata est. Manifestum est igitur ex his quæ dicta sunt: licet. h. & figura & quasi nomine minime careat: tamen si potestas ei desit litteram esse nō posse: quam de esse probandū nobis est.

QUEMADMODVM dixi: placet grāmaticis: littere: aut si mauis elementi potestatem esse pronuntiationem ipsam: nec aliquid aliud ex accidentibus eius esse quod ostendat elementi cuiusq; proprietatem: qua quidem carere aspiratōnem affirmant: qua si non careat cum & nomen fere ut dixi habeat & figuram certam prop amq; nimirum litteram esse necesse esse. Primum quidē definitio ipsa plane declarat: aspirationem neq; dici: neq; esse pronuntiationem. Si quis enim te interroget: quid est aspiratio. respondebis Opinor eam esse quandam humani spiritus: flatusue dēsitatem (Nanq; utrunq; dici recte potest) aut si id malis: crassio rem quandam spiritum. Si quis rursus ex te quærat: quid densitas illa sit scio responsurum nullo modo uideri tibi eam densitatem esse p nuntiationem. Itaq; cū densitas spiritus: pronuntiatio non sit: & aspiratio sit dēsitatis spiritus. h. quæ aspiratio est: p nuntiatio esse nō potest. Nō aliter q̄ suspirium: scloppus: anhelitus: suffitusue qui spiritus & soni quidem sunt: non tamen pronuntiationes.

Littera a litura

Litus a litura Quid

Verg.

Littera a delendo oblitterando q̄ minime

Fit autem nomen aspiratio ab eo quod est aspiro. Rursus aspiro fit a uerbo spiro. spiro autem a spiritu: ni forte malis spiritum dici a spirando. Pronuntiatio autem est uox litteram uel syllabam uel dictionem uel orationē proferens (non loquor de oratoria p nuntiatione) qui autē aspirationem exprimit nihil tale pronuntiat Est igitur crassitudo spiritus: sicuti tenuitas lænitas asperitas nō pronuntiatio sed soni uocisq; accidens ut dixi. Atq; ut dem h esse p nuntiationē: dicas uelim quonāmodo efficiet ut h si pronuntiatio est: littera sit? Quod enim accidet litteræ: nō est littera. Cū autē pronuntiatio id est potestas accidet litteræ: non erit ipsa lra si cut nec figura nec nomen: q̄ litteræ accidūt: non sunt tñ litteræ hoc est elementa. Itaq; & si concessū sit h pronuntiationem esse cū p nuntiatio id est potestas accidat lra: nō tamen h erit littera. Nā potestas accidat litteræ: & non est ipsa lra: q̄ ut esset lra: necesse fuerat & p nuntiatio id est potestas ei accideret: nō ut ipsa esset p nuntiatio: quod. n. potestas est: lra esse non pōt. Nam cum potestas sit accidens cōmune quidē litteræ cū syllaba cōuerti nō potest. ut dici uere possit potestatem id est p nuntiationem esse litteram Ex his ut arbitror effectū est h id est aspirationem nullo modo habendā esse lram. q̄ tamen si lra non est: nō tñ a grāmaticis quod tu ipse concedis. plene definit: ut ea sit aspirationis tñ nota. Nā hæc definitio solū complectit cū scripta est: uel quod scribi pōt. nō idipsū quod est. Quāobrem qm scio te uehementer cupere eius a me definitionem accipere: faciam id libentius causa tua: qui non contentus doctissimorum hominum definitione: expectes meam.

EST igit idipsū quod h dicitur aspiratio: qua litteræ alicuius sonus crassior in p nuntiatō reddi. cuius figura inter litteras scribi potest. Quam quoniā superius dictū est solere præponi uocalibus: consonantibus postponi. Cur id fiat ratio reddenda est ostendendumq; cur illis interiectionibus quas dixi postponat.

VOCALIS litteræ dictæ sunt q̄ plenam absolutamq; uocem habeant. quin & homines uocales dicimus: & Citharam uocalem. Vnde Oratius uocalem temere infecutæ orphea filuæ. Et proper

Pronuntiatio Quid

Concludit. h. litteræ nō esse

Vocales unde dicte



Statius

Cum consonantibus ad
quod postponatur & uocalem
liberè præponatur
Consonantes unde
dicitur

tius de equo. Qualis & adraſti fuerit uocalis arion. Aspirationis autem ea natura est ut præposita cum sit sonoritatem uocalis deſitate ſua obtūdat atq; diminuat: quæ res efficit ut uocalitas illa cum reprimēda est. aspiratione preposita quali freno quodam coerceatur. Consonantium uero alia natura est. hinc enim cōsonātes dictæ q̄ cum uocali ſonent: cum ipſæ per ſe nequeant uocem perficere. Itaq; ſi quando opus ſit ut. C. P. T. R. ſuos augeant ſonos. ualētiusq; q̄ ſua ipſarū natura fert: ſonent. aspirationē accipiunt intrinſecus: quæ cū poſtponitur auget ſonum qui cōsonāti minor est. Atq; hinc effectum est: ut quia uocales maiore nō indigent ſono q̄ qui ſuus ipſarum est: aspiratio eis præferat̄. Cōtra uero poſtponatur consonantibus: quarū ſoni cohibendi nō ſunt. Quippe qui parū ſonent. ſed laxandī potius: quod quidē aspirationis adminiculo conſecuntur:

CVR tamen ex omnibus consonantibus quatuor tantū aspiremus hæc est ratio. quod cæterarum natura non ferat aspirationem. repugnat enim natura ut. b. ut. d. ut. m. ut. l. ut. s. ut. n. adici ſibi eam patiantur: multo etiam minus f. Nam G in dictionibus quibusdam quas ab exteris nationibus italica accepit lingua. uulgus aspirat ut ghinolphus quod proprium est: & multa eiufmodi. idq; maxime uſurpant hi populi: qui galliam quæ cis alpes ē incolunt: quæ hodie dicit̄ longobardia. quoniā longobardi ea loca ſub deſiderio rege: aliisq; gētis ſuæ ducibus diu occupata tenuerūt. Vñ id genti nomen nūc est. Hiſpani quoq; hoc est q̄ hodie uocant̄ catalani aspirant ſæpiſſime g ſequente aut I aut e ghi & ghe dicentes: ut berengherius figherius ſegherius. & id genus multa quin etiam apud eoſdem Catalanos multa inuenias nomina quæ in aſpiratione deſināt. Sed ad Italicos redeo: ligures inſubresq; ſic hodie locuntur: ut quod latinus ſermo non patitur: in plurimis uernaculis uerbis ghe & ghi pronuntient. quid quod cum littera g apud latinos nunquā iungatur litteræ u ante uocalem in prima dictionis ſyllaba. Sed aut in media ut languero aut in ultima dictionis ſyllaba. ut pinguis. eo deuentum est ut omnis italia non paucas quidem dictiones habeat a gua gue & gui

Cum ex consonantibus
quatuor tantū aſpi
rentur.

incipiētēſ. Video mihi neceſſe eſſe ut uernaculorum etiam uerboru & eorum quidem barbarorū aſſeram exempla: quod quanq̄ inuitus facio. ueritus ne latini ſermonis candorem nouorum ac barbarorū nominum admixtione contaminem: tamen quia præcipiendi ratio cogit: accedā non quo uoluntas ſed neceſſitas traxerit. Doctōrū tamen hominum uenia prius implorata: neq; n. ipſe ſum condemnandus ſed ſatorum uis ac fortunæ improbitaſ accusanda: quæ dominā quondam gentiū ac nationū Italiam ſeruire barbaris coegit. ac patrio oblitterato ſermone: inſuetas aſper rimaſq; accipere dictiones. Eſt igitur quotidie nobis in ore guardia & pro custodia. & pro excubiis. idq; nomen multorum etiā oppidorum eſt. & guerra pro bello. & quod licet latinum tamen corruptum. guaſtare pro uaſtare: & gualterius & guido & guilermus. quid quod uarinus ueronenſis doctus uir tamen in hoc a multitudine non diſſentiens nomini ſuo quod romanum eſt. Auaro enim ſeu malis uario fit uarinus. g præponebat ſemper. & guarinum ſcribebat.

Varin? n. p. a uari
De guarino nomine

Ille uero tres interiectiones Ah uah oh in aſpiratione deſinunt. ſiue quod uetuſtiſſimi dixerunt: uaha aha oha: demptaq; ultima uocali aſpiratio manſerit: ſiue quod is animi affectus magis declararet̄ ſi in aſpiratione hoc eſt denſiore ſono ipſarum pronuntiatio fini at. Nam ut a barbaris eas uoces acceperimus. dictū quidem ab ſurdum eſt. ſcilicet latini non prius hos animorum affectus aut expreſſerunt aut exprimere potuerūt: q̄ has dictiones a barbaris mutuati eſſent. Vanum hoc eſt ſi quidem hæ uoces noſtræ ſunt non barbaræ. Sunt etiam qui huic interiectioni pro quæ exclamandi uox eſt: aſpirent. quod contra uſum maiorum eſt. diſfert enim a præpoſitione pro: nō in aſpiratione ſed ſolo accentu.

Pro Interiectioni
aſpirat

Quanq̄ autem hæc a me in hunc modum dicta & probata ſunt: nō deſunt tamen qui contendunt h multum habere litteræ. ut qd̄ litteræ proprium ſit in aliam conuerti: ipſa quoq; in litterā mutetur. ut in his traho traxi. ueho uexi. & cum dicitur ueſper pro eo quod eſt heſper: & pro cheta ſeta: & pro hex ſex. quodq; non



Verg.

Lucanus

Tibullus

Verg.
Catullus

nunq̄ ita locetur in uersu ut eius uī syllaba quæ breuis præcede
bat: producat. ut apud Virgilium. Dum trepidant it hasta ta
go per tempus utrunq̄. quo uno exemplo in primis utuntur q̄
in hoc uersu syllaba it producat. uī tantum insequentis aspira
tionis: non q̄ natura metri tolleret breuem illic syllabam posse
collocari. Nam apud poetas in terciis: quintis: septimis nonisq̄
syllabis quas tritimemerim. pentimemerim. heptimemerim. en
neamemerim. isti uocant grammatici. Latine autem dicuntur
cæsura: breues interdum statuuntur nulla sequente aspiratione.
quod metri lex non semper prohibet. ut apud Lucanum in ter
tia syllaba. Dum sanguis inerat. Apud tibullum in quinta. Te
canit agricola magna cum uenerit urbe. Apud Virgilium in sep
tima. & furiis agitatus amor & conscia uirtus. In nona apud ca
tullum. Jam ueniet uirgo iam dicetur hymeneus: quanq̄ sit hic
aspiratio. sed aliud in presentia non succurrit. Licet igitur in his
syllabarum imparilitatibus etiam correptas aliquando collocare
Scire autem oportet in metris dimetiēdis duas correptas p̄ una
producta accipi. Nam & si pentimemeris uideatur nō nunq̄ exi
re in syllabam quæ est septima numero. tamen si de duabus bre
uibus unam productam subduxeris: quintam esse ratō ostendet
Spondaici enim uersus licet diuersi sint generis. tamen qui pro
prie dicitur heroicus: constat spondeis sex qui sex conficiunt me
tra. Vnde dicitur hexameter. Recipiunt tamen spondei in sede
sua dactilos propter temporum parilitatem. Itaq̄ cum sex spon
dei. xii. cogant longas syllabas: hac ratione hexameter heroicus
xii. constabit syllabis. Cum autem dactili recipiuntur si numerus
syllabarū ad spondeos recenseas: & pro duabus breuibus unam
productam numeres inuenies p̄timemerim: & quas dixi metro
rum figuras cadere semper in locis suis. Loci autem earū proprii
sunt principia cuiusq̄ metri. singuli nanq̄ siue dactili siue spon
dei singula conficiunt metra. In uirgiliano igitur de quo nunc
agimus dici nō potest tritimemerim: id est primam cæsura ca
dere in locū suum: hoc est in principium secundi metri. Vbi bre
uis syllaba potest aliquando collocari. Nam ita particula quæ est
secunda syllaba secūdi metri: natura sua correpta est. Ex hoc igit̄

Tritime
ris
P̄time
Hepti
meris
Ennea
meris

probatum esse uolunt. h. aliquādo litteræ uim habere cum acces
sione sua præcedentem syllabam quæ breuis sit producat: in his
presertim locis qui cæsurarum quas dixi proprii non sunt.

CONTRA autem sunt & docti quidem uiri qui opinētur. h. quo
niam littera non sit: uim litteræ habere nequaq̄ posse. Negāt. n.
in his præteritis traxi uexi h in x uerti. quod enim littera nō sit
non posse in litteram transire. Dicunt enim omnium præterito
rum terminationes exire aut ī syllabam quæ duabus pluribusue
structa sit litteris: ut amaui: nupsi. Aut quæ ex sola & læuigata
cōstet uocali: ut docui habui: hanc uero terminationem. hi. neq̄
ex duabus pluribusue lris fieri neq̄ ex pura & terfa uocali: placu
isse propterea latinis in formādis his præteritis traxi & uexi mu
tuari sibi hanc terminationem xi quæ multorum præteritorum
esset propria. ac tamen si alias sibi potuissent mutuari: ut bi ut gi
ut ci ut ui ut psi: tamen auribus consulentes iudicasse aptius exi
re traxi tractum: & uexi uectum: q̄ traxi uegi. aut in aliam termi
nationem: proptereaq̄ maluisse in xi præteritum mittere a traho
& ueho: non q̄ h in x uerterent: sed q̄ ab aliis uerbis mutuaren
tur eam terminationem quæ aptius caderet. Idq̄ minime mirū
uideri debere aiunt. cum aliquot etiam uerba integra præterita
mutuentur ab aliis uerbis quæ sūt furio insani: sum fui: fero tu
li: ferio percussi. Quid enim absurdius esse: q̄ cum h littera nō sit
id asseuerare: ut in x quæ duplicis litteræ locum tenet: conuerta
tur. his addunt q̄ cum prisca dixisse inueniantur traso & ueso. ni
hilominus traxi & uexi præterita faciebant. ac propterea multo
minus dicendum esse q̄ h uertatur in x in his præteritis. Cū nō
h sed f esset olim ī præsentibus temporibus. Nam cum illi traso
in præsentem tempore & traxi in præterito dicerent. non h sed f po
tius in x uersum esset. In illis autem nominibus uesper & sex si
militer affirmant h non uerti in litteram: sed loco eius s esse posi
tam: quod ut ita esse ostendant. Altius quidem repetunt.

PRINCIPIO scire licet nō e cælo in terras rerum nomina delapsa
esse: sed cum homines ad loquendum aptos natura produxisset

Multa uerba ab alijs
integra præterita mu
antur.

Traso
Veso



ipsi sibi: rebusque indidere nomina: quod uel ex hoc licet cognosce
 re quod cum artibus simul sua ipsarum nomina & instrumentorum
 quibus artifices utuntur: item rerum earum quarum artes sunt
 effectrices: uocabula inuenta sunt. Ante texturam enim inuenta
 cum homines pellibus aut librorum foliorumque tegumētis ope
 rarentur: nec telæ nec texturæ nec ipsorum textorum extabāt no
 mina: multominus textoriorum ferramentorum ac uestium quæ
 rerum uocabula ne nunc quidem apud canarios sunt: apud quos
 nuper compertum est ab Hispanis predonibus nullum esse telæ
 genus: sed nudos eos uitam agere pecudum tantum pellibus quæ
 dam corporis parte tectos. Contra uocabulis illi habundant:
 apud quos plures artes disciplinæque exercentur. An non hodie ui
 demus genera armorum quibus nunc utimur noua pleraque habe
 re nomina? Sunt enim nuper inuenta. Idem dico de uestimētis
 nauigiis & rebus plurimis. Ex quibus plane perspicui posse dicunt
 non naturam aut deum aliquem: sed homines ipsos rerum nomi
 na fuisse commentos. Quod si quæ sola natura absque hominum arti
 ficio laboreque gignuntur: pro situ regionum ac locorum: quæque
 eadem ipsa sunt: qualitates tamen easdem non retinent: sed illas
 ita mutant: ut fere contrarias induant: quid de illis dicemus que
 homines ipsi comminiscuntur ac præsertim de uocabulis? Videmus
 enim unam eademque rem aliter græcos: aliter latinis: aliter syros
 aliter germanos: aliter alios atque alios uocitare: ut illos hi: hos il
 li non intelligant. Quid quod idem uocabulum apud eos qui eadem
 utuntur lingua hisdem litteris non pronuntiantur? Etrusci in quibus
 dam uocibus pronuntiant ui: populi quidam italiæ bi: germa
 ni si efferunt: quod inde fieri uolunt. quod apud alios sit hæc quæ
 illa littera magis minusue familiaris & usitata quod e uernaculis quibus
 nunc utimur uerbis aperte potest intelligi. Si enim unum
 idemque uerbum ab etrusco & longobardo & apulo proferatur: mi
 rificam uideas & litterarum & pronuntiationis diuersitatem: ut
 pene non idem quis idem sit: esse uideatur: quæ res efficit ut mi
 nus admiremur si quidem Italiæ populi quodam O non habue
 rint: sed loco eius ut grammatici tradunt u uterentur. quæ tantam ua
 rietatem non esse dicunt ex hoc. quod fiant litterarum conuersiones

Quidam italiæ populi o. non
 habuerunt sed u.

quid enim habet apulus etruscusue cum Alpino comertii) sed ex
 gentium pronuntiationibus diuersis. quod hæc quæ illa littera sit uni
 quæ alii nationi familiarior aut minus cognita. Siquidem diuersas
 gentes diuersis modis uti ad sentiendum sic ad loquendum pro
 temporibus etiam atque ætatibus affici physicis placet. Itaque cum
 dictio hesper a latinis fuit recepta (quonia aspiratio uideretur aspe
 rior: præsertim cum esset rarissimus eius usus) placuisse quibusdam
 lenire eam: & quod u dum consonans est in uerborum principiis esset
 latinis admodum familiare: ut ualeo: uenio: uendo: uereor: uates: ui
 ta: uinum: uolo: uitulus: uicus: uicia: uoco: uultus: uultur: Pro eo
 quod est hesper: uesper dicere maluisse: nec tamē defuisse qui græ
 ce libentius hesper dicerent: pro quo cum uesper dicitur: uolunt
 non uerti aspirationem in u sed abici eam ac repudiari: & eius loco
 positam esse eam litteram: quæ priscis esset admodum peculiaris. Espa
 ni a quibus propter regnum Neapolitanum non pauca nomina ac
 cepimus: dicunt hernandum pro quo nos fernandum. Dicemus igitur
 aspirationem uersam esse in f: minime profecto. Nam italica id est
 uernacula lingua: nullos ad hunc diem præceptores habuit: quorum
 institutionibus formati hanc doceamur facere conuersionem. Cum
 tamen natura magistra hoc faciamus. Et ut arctioribus nos ratio
 nibus urgeant: nihil causæ est inquirunt: Cur h mutetur in b & ta
 men pro helena belenam dixisse uetustissimos constat: uidelicet: quod
 illi aspirationem horrebant. b familiarius utebantur. Nam & bru
 ges pro eo quod est fruges: dixisse manifestum est. Addunt etiã
 opinari se: si Ciceronis temporibus cum helena dicebatur: aspirati
 onem romanus uita uoluisset: uelenam fuisse dicturum: quia ho
 mines illius seculi u consonante magis uterentur. Quæ quidem
 omnia nationum ætatumque diuersitate fieri affirmant. Quid: non
 ne latine testudo dicitur & capparis? At neapolitani non T sed c
 primam testudinis faciunt. Contra hispani primam capparis. T.
 fecerunt. hidem etiam Neapolitani primam syllabam Capparis quæ
 est ca. interposita aspiratione & i chia exprimunt: & pro fortuna
 fortunam dicunt. Seruat hodie quoque neapolitanus latinam pro
 nuntiationem huius imperatiue uocis audi: pro quo florentinus
 dicit odi. Ex transpadanis uero multi oldi pronuntiant: pro au ol

Hesper
 Vesper

Belena pro helena
 Bruges pro fruges



Dauus
Redeo
Prodeo
Redintegrare

Bretor pro
Rhetor
Brodos pro
Rhodos

Vrafi
Vreche

Vladislaus

dicentes. Quis hæc docuit: natura non præceptor aliquis. quod latine planum dicitur plurimis modis uernacula lingua uariat in prima syllaba. Etruscus enim loco. l. ponit. i. & pia non pla exprimit. Neapolitani loco. p. & l. ponunt. c. aspiratum & i. At Sueffani dempta aspiratione cia dicunt: idque in plurimis dictionibus facile inspicias quin etiam soni mutati sunt. Nam. o. & e. cum finales sunt ab italica in uernaculis uocibus: itaque pronuntiantur ut deprehendas eorum sonos: qui latine pleni & clari sunt: obtundi & obscurari. Afferunt etiam: eoles solitos hiatus causa interponere. f. maiores autem nostros. u. loco. f. ut in nomine dauus. necnon. d. & c. interiecit se: ut in his redeo prodeo sicubi comburo. & quod plautus dixit. mederga. & quod hodie etiam dicimus redintegrare. Dicit hic aliquis Cur potius d. transibit in. f. ut in hoc uerbo affero: q. h. in uobis id profecto quod. d. litteram in. f. litteram transire naturale sit pronuntiatione ipsa hoc exigente. at. h. q. littera non sit: in litteram ut transeat. naturam minime pati. Eisdem eoles bretor pro rhetor: & brodos pro rhodos dixisse constat: ea ratione quod aspirationem fugientes pro ea digamma ponerent in dictionibus ab. r. incipientibus: quodque recusarent digamma in eadem syllaba consonanti præponere in. b. uertebant prodos bretorque dicentes: Quibus adducti rationibus conatur probare aspirationem non uerti in litteram: sed uitari potius & abici. Affirmantque eoles. b. magis quam aliam litteram: pro eo quod est digamma posuisse: quod in nominibus ab. r. incipientibus libenter. b. uterentur. Addunt etiam opinari se & pro certo habere: si dalmatae ab eolibus: quas dixi uoces mutuarentur: quam nullo hucusque habuerint pronuntiandi magistros: non pronuntiaturos. b. ut eoles: sed. u. consonans quod sua ipsorum lingua sic exigat: Est enim naturale dalmatis. u. consonans præponere litteram. R. ac simul cogere: ut cum dicunt urafi & ureche: quæ nomina apud dalmatas duarum sunt syllabarum: quod latina lingua aspernatur & horret quamque hodie non paucas uoces itali sic pronuntiant. Efferunt etiam dalmatae. u. consonans ante. l. in eadem syllaba: ut in his nominibus uladislaus: & ulachia quorum prius apud eos tetrasyllabum est. Posterius trisyllabum: quæ nos proferre haud possumus. Nam de priori. u. abicimus & ladislaus dicimus. Posteriori autem addimus: a

& dicimus yalachia. Est enim cuique nationi sua pronuntiatione: sua usque struendarum syllabarum ordo & compositio. Quidque cum I apud latinos efficiatur consonans: nulla consonante ante se in eadem syllaba collocata: ut ianus: iecur: troia: peius: conicio. In uernacula qua nunc utimur lingua. c. ante. i. ponimus & cia: cie: cio dicimus. Quin etiam preposita semiuocali. f. scia scio: atque interiecta aspiratione schia schio proferimus. Sed illyrici & dalmatae de quibus dixi suas habent litteras. Et cum scribendum est scia hac utitur figura Ψ Cum autem schia: his Ψ Ψ . Nam hieronymianis & cyrillianis utuntur litteris. Similiter cum scribunt glia utuntur harum notarum alterutra Λ Δ duabus tantum figuris eam scribentes syllabam in qua nos quatuor ponimus. Apuli ita locuntur hodie ut in principiis multarum dictionum loco. i. consonantis. f. pronuntiant. & non iugum sed sugum: non iannem sed sannem dicunt. quin etiam in nonnullis latinis uocibus ante. i. uocalem. f. ponunt: & sire pro eo quod est ire dicunt. Multa quoque cum ætatibus simul mutantur. Etas enim ex messana messalam fecit. Ex ualesio ualerium. ex fusio furium. ex scilitibus lites. ex scloco locum. ex remulibus lemures. ex fordeo ordeum. ex cassantra cassandram. ex eo quod erat odysseus ulyssem. ex lebero liberum. ex here heri. ex sibe sibi. ex coerauit curauit. Itemque ex uoloce uelocem. ex accusatiuo mee me. ex duello bellum. ex aiao in quo duplicabatur. i. aio. ex comperce comperce. ex creduis credas. ex duis des. ex hesprug hespruginem. & mille talia. Quid ætas nostra: nonne ex nicolao colam fecit. ex Ioanne iannem. ex lodouico loisium. ex bartholomeo meum. Quidam etiam populi stante integro nomine: pro. b. pronuntiant in abici entisque e medio syllabam lo pro bartholomeo barthomeum dicunt. ex thoma quoque fecimus thomeum: ex antonutio nutium. ex antonio tonium. Siculi ex Iacobo fecerunt iacopinum: de quo demptis prioribus syllabis: nunc non iacopinum sed pinum dicunt. A quibusdam etiam ita defleximus ut ea non sine obscenitate proferamus. Quorsum igitur hæc tam multa ab illis afferuntur: ut ostendant ætatum nationumque diuersitatibus fieri uarietates pronuntiationum. imparumque litterarum sonum potestate ordinè aliter atque aliter uariari: possent his plura adici: quam ab illis quidem adducuntur: sed debemus his que dicta sunt esse contenti:

Hieronymiane & cyrilliane littere

Vocabula etate mutata

Messana. Messala
Valesius. Valerius
Fusius. furinus
Scilitus. lites
Sclocus. locus
Remulus. Lemures
Fordeus. ordeus
Cassantra. Cassandra
Odysseus. Ulysses
Leberus. Liberus
Here. Heri
Sibe. Sibi
Coerauit. curra.
Volox. vel.
Mee. Me.
Duellus. bellus



Nunc id agatur quibus adducti rationibus opinetur in illo uirgilio uersu. h. uim litteræ non habere. Is si recte memini erat. Dū trepidant it hasta tango per tempus utrunq;. hoc in loco contēdūt particulam it presentis temporis non esse sed præteriti: quæ sit cōcisa de præterito iuit. cuius prima sit producta naturaliter. Quotiēns enim concisio fit in hunc modum: quantitas syllabæ non mutatur. Cum enim dicitur existimauit ipsa pronuntiatio docet a p̄duci in penultima syllaba: cui si adimas ui dicasq; existimat p̄ existimauit: syllaba mat seruabit productionem suam: retinebitq; accentum: quem habebat stante integra dictione. hoc exemplū ideo posui quoniam donatus dicit Terentium in illo suo prologo posuisse existimat pro existimauit. Similiter immugit pro imugiuit & it pro iuit. q̄q̄ cum dicitur immugit & iit dempta tantū littera u. corripitur. Nam uocalis ante uocalem more nostro corripitur nisi fuerit diphthogus: paucis quibusdam exceptis: Quin etiā affirmare audent uirgilium reliquisse scriptum non it sed iit cū duplici. i. Cum sequatur uersus habens præteritum tempus: qui ē. Stridens aduersoq; hesit tepefacta cerebro. Nam nō heret dixit: sed hefit. Siue igitur it pro iuit siue iit legatur: uolunt ob eas quas dixi rationes. h. in hoc uersu uim litteræ nullam habere.

VT AVTEM post hæc omnia paucis ipse tibi aperiā quid de aspiratione sentiā. id est: an quā uim l̄ræ habeat: ac ne ab officio & cognitione grammatici recedens: subtilius q̄ grammatici captus ferat perferuari hoc uidear. Sic quidem existimo uideri aliquando. h. sapere aliquid quod sit litteræ: cū tamen littera ipsa non sit: ueluti cum in locum litteræ substituitur: ut in his uocibus: hircus & traho: in quibus loco .f. aspiratio posita fuit. Nam fircus & trafo dixerunt. & in hoc nomine hallux: quod fit a uerbo salio: de quibus postea latius dicam. aut cum loco eius ponitur aliqua littera ut in his sex pro hex: uesper pro hesper: Quid quod quemadmodum. c. & d. intericiuntur in compluribus dictōnibus hiatus causa: ut in prodeo: redeo: redibeo: sicubi necubi. Eodem modo & h. ut in his mihi: prehēdo: in quibus eandem habet uim ad hiatum h. quam in illis. D. & C. Ac ne de grammaticis præcepta tradens

Quid sit h. ex auctoris sententia

Hircus
Traho
Hallux

philosophum uidear agere: haud negabo habere aliquando. h. si similitudinem quandam litteræ: quod quāuis non negem ut dixi: non tamen dicendum aut tenendum iudico: h. propterea esse litteram. quod quidem superius ostensum satis est. Nam & coruorū & psitacorum uoces quædam: uerba nostra imitantes: uim quidē habent intelligibilem: & suam ipsorum uerborum significantiam exprimunt: cum tamen humanæ ille uoces neq; sint neq; dici possint: Sed iam ad alia quæ dicenda relinquūtur: transeundum est.

DICTVM est a me. P. C. & T: cum aspirationem exigunt pprias apud græcos figuras habere: quæ sunt. X: pro ch. φ. pro ph. θ. p̄ th. quod cur in his consonantibus probauerint: in semiuocali uero. R. repudiauerint. Placet grammaticis hæc esse rationem: q̄ his elementis aspiratio ita hereat ut ea ablata pars quasi quædam substantiæ ipsorum adimatur: tollaturq; propria uocum significatio. Si enim cum pronuntiandum est cherea quod est nomen proprium. c. non aspiraueris: uis propriæ significationis interit: quinimo pro chera quod ut dixi proprium est: pronuntiabitur cerea: quod est feminum huius nominis Cereus: & pro chere quod ē salutandi uerbum: dicetur ceræ qui est genitiuus nominis cera: q̄ uis grammatici affirmant obicisse priscos illos aspiratōnem e uerbo chere & cere dixisse: ut apud Virgilium. Qui cere te domo. unde & Cerimonias dictas uolunt. Pro eo aut quod est chiron si cyron dixeris nō significabitur achillis magister. sed profertur quartus casus nominis quod est Cyrus. R. uero cum aspirationem accipit: aliam non habuit figuram q̄ cum tenuatur: quod cum sit semiuocalis: licet subtrahatur aspiratio: uocis tamen significatio ipsa maneat. Qui enim rodon sine aspiratione pronuntiat: quanq; peccat is quidem: rem tamen cuius est nomen illud quod ipse profert: audientibus notam facit. Græci igitur siue his siue aliis adducti rationibus hoc seruant. Nos uero antiquum secuti scribendi morē: nec eas ab illis figuras accepimus: nec alias ipsi formauimus. Et quoniam ad promissa propero: aspirationis nota apud priscos super ipsam litteram cui aspirari debebat: figebatur: quem usum hodie quoq; in uocalibus græci seruant. Longo uero post tēpore

Comparatio pulcra

Cur h. figure & φ
θ. apud græcos duas
prehendant littera
p̄ m r cū aspiratione
fit
Cherea

Verg.
Cerimonie unde d.
te

Nota de antiqua
aspirationis nota



H.

Notam aspirationis
greci dasia nostri flatu
le vel spiritale vocant

Psile apud grecos apud
nostros exilis vel tenuis

Masculule littere

A quibus aspiratio
magis vel minus
proferat

figuram suam aspiratio adeptam est. & inter litteras ipsarumque textum recepta est. Figura autem haec fuit H quae postea mutato scribendi usu e litterarum serie eiecta est: & in geminas partes diuisa. Sinistraque pars figurae eius super litteram cui aspirabatur notari cepta, quod in uetustissimis codicibus licet inspicere. Sunt etiam qui hunc aspirandi morem: hodie quoque sequantur. Graeci ut dixi eam notam dasian uocant. nostri tum flatilem: tum spiratilem dixerunt & quam illi psilen: ipsi tenuem exilemque uocauerunt. Ipsa autem spiratilis nota id est sinistra pars quam dixi haec erat **h**. Recentiores uero cum etiam formandis litterarum figuris ab antiquis illis de flexerint: hanc nouam aspirationis notam introduxerunt quae est **H**. Nam quam a priscis inuentam memorauimus: tunc utimur cum aut poeticus uersus aut orationis ambitus ab aspiratione incipit. aut ubi maiusculis litteris (Nam maiusculas nunc eas uocamus) utendum est.

SCIRE etiam oportet Barbaros aspirationem semper proferre: graecos neque semper ut barbari: neque adeo rarer ut nos: qui quae rarissime eam proferimus: praesertim cum uocalibus. quotus namque est qui hamum: hedum: hinnitum: hominem: humum ita enuntiet. ut aspirare eum primis litteris possis cognoscere: quae cum aspiramus ante **E** uel **I** ut cherea & chiron aspirationem ipsam efflamus: & similiter cum post theta sequitur statim **I**: & post **I** alia uocalis ut parthia. At **ph** ita proferimus ut eius sonus aut parum aut certe nihil ab **f** differat. Licet autem grammaticis placeat **f** non adeo fixis labiis ut **ph** efferi. Nemo tamen nostrum adeo pronuntiationis studiosus est: ut id seruare eum possis agnoscere. Nam prima fabulli & phalerii eodemque labiorum statu ac motu a nobis pronuntiatum.

VETUSTISSIMOS autem parcissime usos aspiratione fuisse: testis uel in primis locuples est Quintilianus. qui etiam tradit his uocibus quae sunt hircus & hedus: minime illos aspirasse. nunc tamen & si ea in scribendo frequentius utimur quam illi: rarius tamen eam efferrimus. adeo hominibus nostri temporis haec spiritus densitas inimica est: & a latina pronuntiatione aliena. De qua nostrum quod sciam nemo ad hunc diem particulatim praecipit. quam adolescenti

mihī paduae cum agerem in manus peruenerunt pauca quaedam & ea plena errorum quae Apulei cuiusdam grammatici satis obscuri de aspiratione tantum uocalium esse titulus indicabat. Sed ut ad rem propius accedam aspiratio quibusdam dictionibus naturalis est & ab ipsa formatione herens ut huic uoci heu. Quibusdam ad iuncta est differentiae causa ut huic nomini hara que uox per aspirationem differt ab ara: cum altare significat. Non paucae etiam uoces trahunt eam ab origine sua ut sunt dictiones compositae & deriuatae: ut habito & inhabito ab eo quod est habeo. Aliquot dictionibus adiuncta est hiatus causa: ut his uehementis & mihi. In multis etiam usus praeualuit ut in his hostis hostium hospitium. In graecis autem & barbaris graecos & barbaros sequimur. Sunt quoque nonnullae dictiones quibus aspiramus hac ratione quae placuerit maioribus nostris in locum detractae aut commutatae litterae aspiratio nem ponere ut hordeum quod fordeum sabini dixerunt. Inest igitur aspiratio dictionibus aut natura aut origine aut differentiae causa aut etiam hiatus aut usu aut imitatione aut detractiois commutatio nisque gratia.

HIS explicatis ad ipsas uoces quibus aspirandum est uenio. Primum quidem de uocalibus quae aspirationem exigunt. Deinde de consonantibus dicturus: litterarum & syllabarum ordine seruato. Initium autem erit a diphthongis: quas apud nos esse quatuor nemo ambigit hoc est **Ae** **oe** **au** **eu**. uelim autem scias secundum ueterem & rectum loquendi usum uerbum aspiro exigere post se datiuum potius quam accusatiuum casum. Aspiro enim huic uocali libentius quam hanc uocalem dixerunt. quod ego hic etiam sequor.

AE diphthongus exigit aspirationem ante. **C.** in pronomine haec: & cum foemininum est: & cum neutrum. ut haec arbor & haec muna. Similiter aspiramus hae quod est foemininum numeri pluralis. Graeci quoque aspirant **ai** qui apud eos est articulus foemininus & numeri pluralis. Quae autem apud nos est diphthongus **ae**. apud illos est **ai**. Fuitque haec causa cur latini diphthongon hanc soluentes in **ai** uerterent: graecos imitati: ut Aulai in medio libabant pocula bacchi. pro eo quod est aulae. Et apud Lucretium

Contra apuleium quod de aspiratione praecipit.

Aspiratio naturalis

Aspiro differentie causa

Aspiro ab origine

Aspiro hiatus causa

Aspiro usus causa

Aspiratio in qua graecos vel barbaros sequor

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae

Aspiro in locum detractae aut commutatae litterae



Animai: siluai: aquai: pro illis genitiuis Animæ siluæ aquæ. quid
 q̄ in huiusmodi solutionibus utraq; uocales produxerūt ad illo
 rum morem. Cū latina r̄gula uelit uocalem ante uocalem corripī
 ut supra dixi. Extant Beneuenti lapides in quibus scriptum legi
 tur latinis litteris. COLONIAI BENEVENTANAI pro colo
 niæ beneuentanæ. Quæ inscriptio declarat Samnites q̄q̄ latinis
 uterent̄ figuris imitatos fuisse græcos in scribenda diphthongo ae
 quæ licet apud eos sit ex a & i tamē ut nos ae pronuntiant: Festus
 etiam refert antiquos latinos ae syllabam græca imitatione per ai
 scripsisse. In urbe theate legitur Caifar̄is nomen per ai non per ae
 scriptum. Gellius tamen refert animaduertisse se in commentariis
 publii nigidii ita scriptum atq; præceptum ab illo. Si huius terræ
 scribas i littera sit extrema. Si huic terræ per e scribendum est. que
 res indicat nō defuisse qui aliter generandi: aliter dandi casus eorū
 nominū quæ primæ declinationis sint: scribi uellēt. Qua de re ni
 hil dicturus sum: qm̄ tempus hunc ipsū scribēdi morem iā pridē
 obliterauit. & huiusmodi nigidii regula fortasse ambitiosior est.
 Aspiramus etiā hæccine. ac ne de his pronomibus hic hæc hoc
 alias dicendū relinquat̄ ubiq; aspirare conuenit. & similiter huius
 modi & huiuscemodi. Inest autē his pronomibus aspiratio na
 tura. Græci item aspirant ὄρ ἦ ὄ. Prisci tamen non hic hæc hoc
 sed hicce hæcce hocce dixerunt: ut etiam apud Terentium inueni
 as dictum hisce plurali numero pro eo quod est hi. Cum ait hisce
 arbitrant̄ nunc hoc munere suā esse Thaidem. Et apud Plautum
 in captiuis Hisce autem inter se confinxerunt dolū. Nā qui opinā
 tur hæcce in genere feminino aspirationē habere ut differat ab ad
 uerbio ecce. Hii falluntur omnino. Eadē enim fuit ratio aspiran
 di hæcce quæ & hicce & hocce. Aspiramus etiā diphthongo ae ante
 R in uerbo hæreo. Itemq; in deriuatis & cōpositis. Sed & de his
 & de aliis quæ aspirationē exigunt ante diphthongon ae. In poste
 rioribus suo loco & tempore dicam. id est cū de aspiranda e præci
 piam.

hoc ex ro
 r̄m q̄ om̄
 abro deri
 aspiratione
 nent
 se p̄m
 dicit

Coloniai beneuentanai

Caifar̄is

Terentij locus

Plauti locus

Error Quorūda

Hæcce

Hæreo

Haud ut disse
rat ab aut

AV diphthongus admittit aspirationē ante d in hoc aduerbio haud
qua differt a coniunctione aut. Nam quanq̄ nunc differunt ulti

mis litteris: apud priscos tamen pro utraq; re cadebant in eadem
 littera id est T quos etiam constat uocem ad et cum esset præposi
 tio & cū coniunctio & interiectio hisdem litteris scripsisse. Poste
 rioribus tamen quos nunc sequimur placuit: haud: Cum esset ne
 gandi aduerbium. & ad cum esset præpositio per d scribere. ut ter
 minalibus litteris differrent. Aspiramus etiam uerbo haurio so
 lo quidem usu. Nam ut differret aspiratione a nomie auris a quo
 fit auricula: omnino ineptum est dicere. Auris enim a uerbo hau
 rio ducitur. ut uocemq; his auribus hausi. Sonus enim hauritur
 auribus. Austerus græcum est & aspiratione caret. Auster austra
 lis austrinus aspirationem nō habent. licet ut multis placet auster
 ab hauriendo dictus sit. sed in his non uicit usus ut in uerbo hau
 rio. quod quidem uerbum aut nostrum est: id est latinum aut est
 deductum a græco quod est ἄρρο αρυο. cuius primam syllabam
 græci tenuant. Itaq; si a græco ducit originem aspiratione caret:
 sin latinum est: non natura sed usu habet aspirationem. Si enī na
 turalis esset aspiratio uerbo haurio deriuata ab eo illam retinerent
 Auris: auritus: auricula: quibus non aspiramus. ex quibus efficit̄
 ut uerbo haurio præponatur aspiratio non natura aut alia causa:
 q̄ solo usu.

HEI interiectio traxit aspirationē a natura: quod is animi affectus
 aspiratione melius declararetur. Qui autem opinantur additam
 huic uoci aspirationem ut ea differret a pronomine ei in tercio ca
 su. hi falluntur mea sententia. Hæc uocem inter diphthongos ideo
 locauit: quod apud uetustissimos latinos ei diphthongus habebat̄
 Nos autem deliimus: ei: scriber̄: sed pro ea productum I ponimus
 Illi enim scribebant heic: nos hic. ut hæc indicant monumenta
 quæ Capuæ extāt. Q. Tiburti. Q. L. melonauī cultrari ossa. heic
 sita sunt. Staberīæ. P. L. floræ ossa heic sita sunt. rogo te mi uiator
 noli mi nocere. Feriæ Cnei filiæ maioris: heic ossa sita sunt zē.
 In tertiis quoque & sextis casibus maiores illi nostri. ei. scribebāt
 semper ut dixi. Inspice antiquas inscriptiones. & ita rem habere
 intelliges. Venusiæ etiam extat monumentū: maiore tamen par
 te dirutum: in quo scriptum est. Amiceis sueis: pro amicis suis:

Haurio

Auris ab haurio
dicitur

Austerus græcu

Haurio a græco
αρυο tractu

Deriuata ab his
uerbis quib; aspi
ro natura: eadē
aspiratione. retini
& e contrario

Hei

ei diphthongus a
pud antiquos in
usu.



& sibi pro sibi .Et item Capuæ legitur. heisce magistris ueneris Iouia murum edificandum coirauerunt .pedes. cc. lxx. & loidos fecerunt. Seruio Sulpitio Marco Aurelio Cõsulibus. uides heisce pro hisce: & magistris pro magistris scribere illos consueuisse . Il lud etiam annotandum est q̄ apud Campanos uenus emittebat genitiuum in us non in is. & q̄ loco u in nomine ludus ponebāt o & i loidos pro eo quod nunc est ludos dicentes . Et cum latini & finitimi populi dicerent coerare per o & e pro quo nos dicimus curare u pro ce ponentes. Campani ponebant o & i & coirauerūt non cœrauerunt dicebant pro quo nos curauerunt. Multa etiam ex antiquis grammaticis in hunc locum conferre possem: sed non uidetur necessarium .Est enim res satis manifesta.

Heu

Heus

eu græca dictio .eu.

EV dipthongus aspirationem habet in interiectione heu: eadē qua hei ratione . Similiter in hoc aduerbio heus. in quo fortasse usus præualuit . quando Festus uult ductum esse a græco ai. quæ uox doloris est . tenuaturque apud græcos . Vnde & egritudinem de ductam esse tradit. Eu græca dictio quæ multorum nominum cõpositionem inicit : ut Eugenius. Eusebius. Eustachius. Euxinus. Euthicus. Eudemus . aspirationem non habet.

OE dipthongus in omnibus latinis dictionibus abhorret ab aspiratione . Sed de his dictionibus quæ ante dipthongos exigunt sibi aspirari: tam in primis q̄ in mediis syllabis. plenius dicam in posterioribus suo loco. Nunc satis sit hæc perstrinxisse.

DE uocibus igitur quibus aspirandum est præcepturus : illud præmoneo. composita & deriuata. Itemq; obliquos casus & tempora: quæ quidē tum per deductionē: tum per mutationem litterarum formantur: acceptam a primitiuo aspirationem retinere in primis præsertim syllabis de quibus nunc præcipiam. Ac primum quidē de A quæ est uocalium prima

A. ante B

VOCALIS .A sequente statim consonante. B. habet aspirationem

Nota

in uerbo habeo qua differat a uerbo abeo abis abit. ut multis placeat . Deriuata quoq; & composita retinent eandem aspirationem. habena: habitus: habitudo: habilis: habitior: habito: inhabito : in hibeo: exhibeo: cohibeo: prohibeo: adhibeo: in quibus. A. uersa est in I queq; alia & ab habeo & ab habito deducuntur: aut cum his iunguntur. Redibeo tamē quauis ex habeo & re particula cõstet aspirationem abiecit: accepitq; hiatus causa. d. quæ littera nullo pacto aspirationem recipit post se: natura ipsa hoc prohibente Quamobrem non parum admiror nostratis quosdam doctos sane homines & accuratos in uerbo redibeo. h. semper notat solitos deceptos: ut opinor. q̄ existimarēt primam uerbi huius syllabam quæ est re: cadere in. d. quod erroneum quidem est. Syllaba enim nulla apud latinos (de primis loquor ac mediis syllabis) finit in. d. nisi quæ sequitur a. d. incipiat. excepta præpositione ad quæ multarum uocum compositionem inicit ut in his adiuuo aduerto . In uerbo autem redibeo littera. d. interiecta est hiatus causa. ut in his prodeo & redeo. in quibus. d. non finit priores syllabas sed inchoat posteriores: quod cū sit: aspirare nullo modo debemus I in uerbo redibeo. si quidem littera D neq; ipsa aspirationem tollerat natura prohibete: neq; statim post se in eadem syllaba uocalem aspiratam collocari patitur . Nulla enim latina dictio habet syllabam aliquam incipientem a. d. sequente statim uocali aspirata . Sunt q̄ uerbo abundo aspirationem præponant. quod ratio prohibet. fit enim ex ab præpositione : & undo undas undat . Aspiramus de peregrinis habraam quod iudeum nomē est. & habramios. & habronichus quod est græcum. & hominis proprium.

A. ante. C.

ANTE .C. uero aspirationem exigit. A. in illo tatum casu hac: quæ uox transit etiam in aduerbium loci. retinetq; aspirationem in aduerbio hætenus . Sed de obliquis casibus ac de uocibus compositis: non est mihi particulariter præcipiendum. Cū ea originis suæ naturā sequantur. Sunt q̄ istanc & istunc & istac & istic atq; istinc aspirent . quæ uoces ut ego sentio simplices sunt : non ex prono

Habeo

Redibeo

Abundo

Habraam
Habramios
Habronichus

Hac

Hætenus



Ab antiquis dictū
istice istece istocce &
Huice Hecce Hocce
Nos vero
Hic hec hoc
iste a ud.

minibus iste ista istud: & hic hæc hoc. connexe. Nam uetustissimi dixerūt istice istece istocce: ut hicce hecce hocce: pro quibus nos dicimus iste ista istud: & hic hæc hoc: necesse igitur erat ut i quar- tis casibus dicerent istunce & istance: quod quidem dicebant: pau- latim tamē ultimam dementes litteram: dixerunt istunc & istanc: donec istum & istam diximus. Istic autē & istinc & istac dicimus ut illic illinc & illac. Quapropter cum simplices sint uoces: neque cum pronomine hic hæc hoc aliquid commixtum habeat: nullo modo aspirandum eis iudico. quod latinæ linguæ lex minime pa- tiatur. Littera enim. T. in latinis dictionibus aspirationem post se non recipit: ut suo loco dicemus: Sed in græcis & Barbaris tm̄.

A. ante. D.

Hadria. e. pro mari
Hadria. e. pro opp.
Hadrianus 1.
Hadros
Contra grammatice
nostri temporis
Ariadna
Hadriana

SEQVENTE autē. D. aspiramus. A. in his dictionibus quæ a græ- co ducte sunt. hadria masculini generis pro sinu maris: & fœmini- ni pro oppido: & quæ ab his fiunt. Hadriaticus: hadriacus. Itēque Hadrianus proprium hominis. Significat autem apud græcos no- men hadros quod huber apud nos. Sed necessarium non est ut e- numerem dictōnes quibus græci aspirent: satis sit eas notare quas ab illis accepimus. Grammatici nostri temporis pro ea quæ fuit ariadna: adrianam dicunt: & quidem imperite. Nam græce non a- driana: sed ariadnæ nomen est ei quam desertam a theseo bacchus rapuisse dictus est a poetis: quod hic tetigisse uisum est non incō- ueniens ne quis aut existimet hadriane illi nomen fuisse: aut si for- te dicat ex ariadna adrianam factam mutato litteræ ordine fallat̄ credens ei aspirari debere. Nam hadriana tunc aspiratōnem exigit cum est fœmininum factum ab eo quod est hadrianus. quod no- men supra posui. pro eo autem quod est ariadne: tenuari debet

A. ante. E.

SEQVENTE. E. non aspiramus. A. in nostris dictionibus: nisi cū in diphthongum coit. De quibus quidem & dixi paulo ante: & di- cam in posterioribus:.

A. ante. F. & G. & I.

ANTE. F. aut. g. aut. i. in nullis nostris dictionibus aspiramus. A. Græci tamen aspirant hagnos id est sanctus. & item hagnos id est purus & castus: a quo nomine ducit̄ propriū nomē hagnes. Cui aspirandū est: haia nomē propriū mulieris: quod uetus indicat in scriptio: haia rufinæ parentes infelicissimi.

A. ante. L.

ANTE. L. aspiramus. A. in uerbo halo halas halat: ut differat sicut quibusdam uidetur ab alo alis alit. Mea tamen sententia huic uer- bo aspiratio natura inest: quippe cui conueniat densitas illa quam significat. Est enim exhalatio uaporum crassiorūq; ut sic loquar spirituum densitudo: & Cicero terræ halitum aspiratōnem uocat Aspiramus etiam halitus & exhalo: necnon & hala pro eo quod ait Oratius. Hirsutis cubat hircus in halis. & Catullus: Valle sub halarum trux habitare caper. Similiter halium genus holeris. est enim ab halando dictum. Ab eo quod est halo ueteres halito dix- erunt. Itemq; hallux qui est pedis digitus aspirationem habet: ex eo dictus q̄ super proximum digitum saliat. In qua uoce maiores nostri loco. s. aspirationem posuerunt. Alii uolunt a græco allo si- ue allomae dictum quod latine dicitur salio. Scias tamen græcorū alios uocibus quas supra posui: aspirare: alios uero nō Aspiramus etiam halucinor halucinor halucinatio: ut Gellius est auctor: ex ipsa enim aspiratione intēditur exprobratio. In græcis autem ha- lys lydiæ fluuius. & halicarnassus urbs: halōnesos insula ægei. ha- lec piscis. alecus fluuius tenuatur similiter & aloeus gigas: cuius fi- lii martem dicuntur uulnerasse: & ab eo patronomicum aloides: Haliartus uero urbs dasiam habet: & halisca mulier: & halizones gens: aspirat etiam græci halas pro mari: unde & nos salē dicimus & salum: ut & sale tabentes artus in litore ponunt: Et perq; undas spumante salo: perq; inuia saxa dispulit. In qbus dictionibus pla- cuit maioribus nr̄is s̄ ponere magis q̄ acceptā a græcis aspirationē retinerē. Unde sunt qui putent satis aduerbiū ductū a græco halis esse. Halias genus scaphæ. Halizon fluuius. Haliactes nomen per- sicū. Haliacmon fluuius macedoniæ. Alcyon p̄ aui græci nō aspi- rant. licet fiat ab eo quod est hals. Illi enim ut grammaticis placet

Hagnos
Hagnos
Hagnes. n. p.
Haia. n. p.

Halo. as.

Halitus
exhalo
Hala
Halim ab halādo
Halito
Hallux

Halucinor.
Halys. fl.
Halicarnassus
Halōnesos
Halec
Alecus. fl.
Aloeus
Haliartus
Halisca.
Halizones
Halas unde. sa-
lū. salis
Halias
Halizo. flu.
Haliactes
Haliacmon. fl.
Alcyo ab hal

Cheroboschus grama.

Alcedo veteres dixerunt

Alcedonia

Plautus

Fabula alcyoni

Marpisse dei uxor
alcyone cognominat

Ideus q & idas

Cleopatra uxor
meleagri dei &
marpisses

nunq̄ aspirant. a: ante. l. sequente cappa: Cheroboschi grāmatici q̄ græce de aspirādis uocalibus scripsit uerba hæc sūt. Alcyon uero & si ab eo quod est hals deriuatur: tamē quia sequitur cappa: tenuatur: & similiter præteritum alto licet fiat a uerbo halome. Nam a ante. l. sequente cōsonante: semper tenuatur: nisi fortasse statim sequatur liquida: nihilominus apud theocritum est uidere græcos ueteres huic nomini aspirasse: ac licet ip̄e uiderim in uetustissimis codicibus nostris huic nomini aspirationem esse prænotatam: hodie tamen aspirat nemo: & similiter huic dictioni alcedonia q̄ significat tempus quo alcyones aues nidificant: quo quidē tempore q̄q̄ media sit hiems: maximam tamen ferunt esse tranquillitatem: Vnde ait Plautus: Alcedonia sunt circum forū: dixerunt autē ueteres & alcedo alcedinis: unde alcedonia. & Alcyon alcyonis i quā poete ferunt alcyonem ceicis uxorem fuisse conuersam. Dies autē nidificationis huius alii undecim esse uolunt: Alii nouem: sunt q̄ septem tantum: De conuersione etiam aliter quidam sensere. Tradunt enim septem fuisse alcyonis gigantis filias nominatasq̄: phosthoniam: Anthen: methonen: alcippam: palenen: drimon: Asterien: quæ post patris mortem e canastreo quæ p̄llenes arx erat dolore uictæ in mare se deturbant: hinc locum fabulæ datum esse: creditumque eas in aues uersas: quæ de patris nomine alcyones dictæ sint: Ferūt etiam marpissen dei uxorem alcyonem fuisse cognominatam de qua hæc traduntur in fabulis: eam cum forma prestatet: Ideo qui & ipse formosissimus iudicabatur: in matrimonium parentes collocasse: Apollinem uero eius amore uictum rapuisse illam: uimque attulisse: At ideum iniuriæ huius memorem conatum Apollinem sagittis petere: Erat enim sagictandi peritissimus: Parentes uero cum diu multumque deflerent eam: cognominasse alcyonem q̄ & ipsa in infelix alcyones fatum incidisset: Sed antequā rapta esset genuisse ex ideo cleopatram: quæ postea meleagri uxor fuit: In cuius amore: deliciisque requiesse illum dicunt: Post maternam execrationem: meleagry enim cum auunculum occidisset: in Altheæ matris iram execrationemq̄ inciderat. Qua re commotus: Cum patria hostili obsidione laboraret: non prius arma capere uoluit: q̄ uxoris precibus expugnatus est:

Vnde & apud Nasonem briseis ait. Coniugis cœnides uersus in arma prece est. Res audita mihi nota est tibi fratribus orba. Deo uo nati spemq̄ caputq̄ parens. Bello erat ille ferox positus secessit ab armis. Et patriæ rigida mente negauit opem. Sola uirū flexit coniunx foelicio illa. & quæ secuntur. Sed nos ea quæ de altera forsitan marpisse: uel de hac eadem diuerso tamen modo dicuntur referre non negligemus. præsertim cum latinis hæc adolecētibus ignota sint. & propertiani illi uersus grammaticis nostris parum sint noti: Non idæ & cupido quondam discordia phœbo. Eueni patriis filia litoribus. Fabula hæc est. Euenus apharei filius etoliæ rex cum marpissen filiam locare i matrimonium uellet: eaq̄ propter formæ raritatem a multis peteretur: hanc procis conditionem proposuit: ut curuli certamine inito: præmium illa uictori cederet uictus uero capite plecteretur: quod domus suæ fastigio affixum pederet. Itaq̄ pluribus interfectis. Idas neptūni filius: licet a multis apharei filius haberetur: equis uelocissimis a neptūno patre acceptis puellam rapuit: conspicatus eam dianæ festo die cū aliis uirginibus choreis indulgere: Quo cognito euenus dolore atq̄ ira parcitus equos ascendit: Idam insequitur: quem ubi assequi posse desperat: equis confossis in lycarbon se fluuium: qui post euenus appellatus est: deturbauit: Idam autem uoti cōpotem: non passus est apollo: & ipse marpisses forma captus: quam etiam rapere cogitasset: securum abire: sed obuiam factus in itinere illum aggressus est. Sed nec Idas certamen detrectauit. Et cum diu pugnatū esset Iupiter ægre id ferēs: mercurium misit qui prelium dirimeret: potestate facta marpisse: ut eius optio esset: utrū sequi ip̄a uellet. quæ rem hanc animo uoluēs reputansq̄ sese mortalem esse: apollinem uero deum: ac timens ne ubi uetula facta esset: repudiaretur ab eo decreuit potius idam sequi: mortalis mortalem.

A. ante. M:

ASPIRAMVS etiam A ante m in nomine hamus: ut aspiratione differret a uerbo amo in tertio & sexto casu: q̄q̄ differūt & tempore: mihi magis placet q̄ natura ei aspiratio insit. Itemq̄ hamatus

Ouidius

Propertij locus

Euenus apharei rex etoliæ

Marpisse eueni

Idas neptūni uel apharei

Fabula

Hannus

Hannatus

lycormon
Arabo hunc
flumē appo
lat uel hie
forsam meda
- q̄ nimis
crediderim



Hamoteahones

Suetonius

Juuenalis

Hamota

Plautus

Ammo

Error illiusq; festum
abbreviamit .

Hamadrias

Hamaxampeus

Amilcar

& hamoteahones: qui ut grammaticis placet dicti fuerunt q; uel pisces uel cadauera traherent hamo . Nam ut est apud Suetoniū eorum qui supplicio afficiebantur cadauera iussu p̄cipum unco sape trahebantur in locum quem tum gemonias dicebant. quod significare uult etiam Iuuenalis cum ait. Et latum media sulcum deducit arena. Remanent autem tum in puluere tum in arena ue stigia eius qui trahitur : & propterea dixit. sulcum deducit. sulcū p̄ uestigio tracti cadaueris ponens . Similiter & hamota piscator ab hamo dictus: Plautus in rudente: Saluete fures maritimi. Con chitæ atq; hamotæ: famelica hominum natio . Amon & Ammo nius apud græcos aspirationem non habent. q̄obrem nec nos qui dem aspirare conuenit . Animaduerti tamen hoc nomen Ammō apud festum positum esse inter uoces aspiratas: quod uel ex eo est q; ueteres contra usum græcorum huic uoci aspirauerint. uel q; is qui uolumen festi ad hanc tantam breuitatem redegit ut indoctus & parum accuratus in hoc prolapsus fuerit : ut id nomē inter aspi rata collocauerit . Hamadrias aspirationē exigit quæ ex eo dicta q; una cum arbore nascatur . Est enī arboris numen. Hama enim græce aduerbium una significat . & habet dasian . Hamaxampeus proprium fluminis . Amilcar sunt qui aspirent decepti librariorū ignorantia.

A. ante .N.

Hanula q; famu
la a veteribus dicta

Annibal .

Hamo

ANTE. n. autem in nullis nostris dictionibus aspiramus A preterq̄ in accusatiuo hanc . Veteres tamen parua delubra dixerūt hanula loco sponentes aspirationem. Fit enim hæc uox ab eo quod ē fa num. sunt enim dicta hanula quasi fanula. Annibal apud græcos aspirationem non habet : neq; apud nos aspirare conuenit . Han no quod punicum est maiores nostri aliquando aspirasse inueni untur . Sunt & nunc qui aspirent. mihi magis placet nō aspirare.

A. ante. O. & .P.

Hapsis

ANTE. O. & .P. latini non aspirant. A. Græci tamen ante. P. aspirāt a. in aliquot uocibus: ut in hac uoce hapsis hapsidis: quæ uox ab

astrologis nostris recepta est . Est autem hapsis curuatura & circu li & cameræ & rotæ. Vnde legitur aurea summæ curuatura rotæ pro eo quod græce ē hapsis curuaturam poeta dixit græce . ut che reboscho placet dasian habet quod fiat a uerbo haptomæ. q̄q; sunt qui non aspirent. Hapalon id est tenerum & molle aspirant græci Neapolitani ouum hapalum dicunt. quod absq; testa gallina pe perit.

A ante R.

ANTE .R. uero aspiramus A in nomine hara cum auem significat differtq; ab ara in qua rem diuinam faciebant. non solum tempō sed etiam aspiratione . Deducuntur autem ab eo quod est hara id est auis . hariolus. hariolor. haruspex. haruspicium. haruspicina. q̄ uoces omnes aspirationem habent . Similiter & haringa. significa bat autem haringa apud priscol hostiam quæ inde dicta erat q; ei us adherentia inspiceretur exta. Arena caret aspiratione . Fit enim ab areo uerbo. Nam epitheon ei est ob ariditatē bibula. Caret enī omni humore & succo. unde & plurimum aquæ ebibit. nec mouer aliquem debet q; arena habeat primam breuem. areo uero produ ctam. Nam tegula producit primam. licet tego illam corripit Et laterna licet a uerbo lateo dicta sit. quod habet primam correptā. nihilominus producitur. Est autem dicta laterna q; ea lumen late at & inclusum noctu feratur . Vnde Plautus ait. ubi tu es qui uul canum in cornu conclusum geris? Non desunt tamē qui arenam ab hæredo id est q; calci cohereat dictam uelint. quod minime p̄ bauerim . Aspiramus etiam quæ græca sunt harpe gladii genus. & harpago uerbum quod significat furrupio . Harpasa quod fuit oppidum. harpalus hominis proprium . Et harpago harpagonis quod est genus teli habentis ferrum incuruum. Est & harpago fer ramenti genus quod nonnulli populi canem uocant quo ferramē to circi cupis aptantur . Sunt autem cupæ uasa uinaria maiora ex ligno quas satis improprie multi uegetes uocāt. Vocari autem cu pas id genus uasis Lucanus ostendit cum ait. Nanq; ratem uacuae sustentant undiq; cupæ. Cupis enim naues impositæ substinent in mari . Cum ipsarum latera carinæq; resarciuntur . Dictæ autē

Omidins

Hapahū

Hara auis unde

Hariolus

Hariolor

Haruspex

Haruspiciū

Haruspicina

Haringa hostia

Arena . ab Areo

Harpe

Harpago

Harpasa

Harpasus

Harpago omis.

Cupæ Quid

Lucanus



Caupē a cauo dn
Caupones
Harmonia
Harmonicus
Harmodius
Harpa
Harpario

fuere a priscis caupæ a cauo. unde caupones dicti a caupis. Itē harmonia harmonicus harmonides harmodius harpa. Aspirant etiā græci harmariō. quod dictum est ab eo quod est harma id est currus. Nos uero armarium ducimus a nomine quod est arma: qua uoce etiā significantur ferramēta. ut apud Virgilium. Dicendū & quæ sint duris agrestibus arma. Quis sine nec potuere feri nec surgere messes. & propterea non debemus aspirare.

A ante S

Hasta

RECIPIT etiā aspirationem a ante s in hoc nomine hasta. ut ea differat a uerbo asto astas quod multis placet: mihi magis uidet̄ huic nomini aspirationem accessisse antiquo usu quod etiam monumentorum tituli declarant. Sunt qui opinentur uocem hanc ductam a græco uerbo quod est histimi: & ab eo aspirationē traxisse. quod non probauerim. Græci hastam tum δορυ dory: tum ακορτυον acotion uocāt. Eadem ratio est huius nominis hastile. Idemq; seruatur in his uocibus hastatus subhasto & subhastatio. Volunt autem multi hastam dictam ab obstando. Varro putat dictam q̄ stans soleat ferri: ut cūq; sit. Certe nō modo antiqui codices: sed etiam monumentorū inscriptiones declarant huic nomini aspirari iam inde ab antiquis seculis solitum esse. Sunt qui aspirant huic nomini asdrubal quod puto ex librariorum ignorantia natum esse.

A ante T & V.

Hastile

Hastatus
Subhasto

Asdrubal

ANTE .T. autem nunq̄ nos aspiramus A. ante V uero cōsonans placuit maioribus nostris aspirare. a. in hoc uerbo haue: ut differret a sexto casu auis nominis: ut quidam arbitrati sūt. Indicat hodie quoque epigramma quod est Salerni. Flauia Calemera dulcissima haue. Nunc autē uix inuenitur qui aspiret. De uerbo haurio supra dictum est:

A ante 3

Haue

Haurio

Hazome

GRAECI autem ante 3 aspirant a in hoc uerbo hazome: quod significat ueneror & colo.

E ante A

AC de a quidem in quibus dictōnibus aspirationem exigat satis dictum est. consequens est ut eodem ordine de E dicam quæ ante A recipit aspirationē in græca dictione heauto id est seipsum. Vnde heautontimerumenos.

Heauto

E ante B

ANTE .B. autem in his quæ nostræ uoces sunt. hebes id est retusi ingenii. hebeo hebetō hebetudo. In quibus aspiratio ipsa natura inest. Auget enim exprobrationem in hoc nomine aspiratio. ut in illo nomine heluo heluonis. de quo suo loco dicit̄. hebiones etiā ueteres pauperes dixerunt. quæ uox indicabat contemptum quendam. Sunt tamen quibus placeat hebiones dictos a uoce græca Baion βαιον quod sonat modicū. quod si sit aspiratione caruerit oportueritq; nomē ebæones scribi per ae diphthogon ante O. Ego hoc in mediū relinquo: quando hæc uox ab usu iam recessit. Græca uero imitatiōe aspiramus hebdomas. hebdomadarius. hebedea iuuentæ uxor herculis. hebreus & hebraicus. Ebenus aspiratione caret. est autem genus arboris apud Virgilium. India nigrum ferē ebenū. Apuleius grammaticus tradit uerbum hebeo hebes aspirationem exiget. ut ea differat a uerbo ebeo ebeas: q̄ ebeati sint ut ipse tradit qui in miseriam ceciderint. quam opinionem haud scio cur probare aliquis debeat. Nam ebeatū hominē aut ebeatā foemina nūq̄ ueteres dixisse inuenio.

Hebes

Hebiones unde

Hebdomas

Hebedea

Hebreus

Hebraicus

Ebenus

Hebeo. cf.

E ante C

E subsequente C. in nostris uocibus aspirationē nō admittit. preter q̄ in illo p̄nomine hæc ut dixi cum de diphthongo ae præciperem Aspiramus autē que græca sunt hecate. hecaton quod apud nos sonat centū. hecateus hecaton propria hominū. hecatontapylon centū portarū. hecuba. hector hectoreus. hecameda Arfinoi filia que dono nestori data ē: hæc autē capta fuerat apud tenedū dū ab achille diriperetur. Sūt qui putet̄ huic nomini nō aspirandū. hecatombe trahit aspirationē ab eo quod est hecaton. Erat autē hecatombe sacrificii genus in quo ritus hic seruabatur. ut centenæ sui generis

Contra apuleiū
grammaticū

Hecate

Hecatō

Hecateus n. p.

Hecatō n. p.

Hecatopylo

Hecuba

Hector

Hecadema

Hecatombe. qm



Iuuenalis
Iulius Capitolinus

Quo tempore hecatombe
celebraretur.

Hedus
Quintilianus

Hedera

Nota de preteritis
mordi fefelli cecidi
spondi

mactarentur uictimæ utputa centum fues:centum hedi . Vnde a
pud Iuuenalem existunt qui promittunt hecatomben Iulii Capi
tolini in uita pupieni maximi & balbini imperatorum . uerba sūt
hæc. Tantum sane læticiæ fuit in balbino qui plus timebat: ut he
catomben faceret: quod tale sacrificium est :centum aræ uno loco
construuntur ex cespite. ad eas centum fues:centum aues mactan
tur. Iam si imperatoris sacrificium sit/centum leones:centum aqu
læ:& cætera huiusmodi animalia cetera feriuntur : quod quidem
græci quondam fecisse dicuntur cū pestilentia laborarēt: & a mul
tis imperatoribus celebratū cōstat.

E ante D

ASPIRAMVS etiam E ante D in nomine hedus :uel ut differat a
uerbo edo edis. uel q̄ aspiratio loco f̄ posita fuerit . Sabini enim fe
dum ut fircum dixerunt . Tradit tamē Quintilianus priscos edū
sine aspiratione protulisse . cuius primam syllabam nonnulli dip
thongum faciunt : quorum opinioni nō uideo cur assentiar . Edi
fico & ædificium aspiratione carent sed non carent dipthongo. ab
æde enim facienda dicitur ædifico . Hedera uero aspirationem exi
git qua differt a uerbo edo in illis uidelicet temporibus ederā ede
ras ederis edere . haud sane recte opinatus est Apuleius uocē hanc
deduci ab hereo uerbo:& ab eo aspirationem trahere. Non debet
inquit uideri mirum q̄ p̄ma hedere corripitur. licet eadem in uer
bo hæreo producta sit : quando unum idemq̄ uerbum in præsen
ti tempore ae dipthongum habet . in preterito uero e breuem. ut
cædo cecidi quod absurdissimum est . prima enim syllaba cecidi p̄
teriti: extrinsecus accepta est. ut in his fefelli momordi tetendi spo
ndi : quæ in omnibus eodem modo breuis est . Quæ uero fue
rat prima syllaba presentis ex dipthongo uersa est in i productam
& de cae factum est ci in preterito. Nam quæ est ce breuis in prete
rito ea ut dixi extrinsecus accepta est . Volunt alii hederam dictā
q̄ edat id est consumat ea quibus inheferit. Alii q̄ edita petat seu
q̄ hereat: hoc ut dixi non placet. nam si ab hærendo dicta esset. cū
hæreo dipthongum habeat: nequaquā poetæ primam syllabam cor
riperent. Ne autem credam dici ab edendo: id est q̄ edita petat. re

pugnat etiam quantitas syllabæ. Verbum enim edo unde dicitur
editus habet primam productam quæ res me inducunt ut accedā
opinionem eorum qui dicūt hederam ex eo dictam q̄ edat id est ex
edat ea quibus inheferit. quod uerbum habet primam breuem. Cō
uenitq̄ etiam tempore cum prima hederæ cui postea addita fuerit
aspiratio ut differret a temporibus quæ supra posui . Forſitan & a
græco deducta est ut quibusdam nimis ambitiose placet quod est
ἐδρενω hedreyo id est insideo . Edonius aspiratione caret . Fuere
autem edoni & edones populi thracie. Vnde apud Virgilium. Ac
uelut edonii boree . At hedone pro eo quod est apud nos uolup
tas græci aspirant. Et hedra sedes . Vnde cathedra.

E ante. F. & G:

ANTE .F. in nullis nostris dictionibus aspiramus e . Sequentem au
tem G aspiramus in aliquot græcis hegesippus. hegesander. hege
sias hegesipyle. in quibus i in e uersum est apud nos.

E ante I

ANTE .I. uocalem nō aspiramus e nisi in interiectione hei de qua
dixi . At ante i consonantem aspiramus in his heiulo heiulatus
heiulatio . quæ uoces fiunt ab eo quod est hei : quæ uox est dolo
ris & gemitus .

E ante L

SEQVENTE autem L aspiramus e in hac uoce heluo heluonis. li
cet uerbum eluo a quo ducitur aspiratione careat. addita tamē est
nomini aspiratio. ut exprobrationis uis aspirandi augeretur. Vn
de & heluari ueteres dixerunt . Est inquit Festus heluo dictus im
moderate bona sua consumens ab eluendo: cui aspirat ut auuiditas
magis exprobetur. Fit enim uox incitacior . eademq̄ ratio fuit
ut dixi hebes nominis aspirandi: ut aspiratio uim exprobrationi
adderet. Veteres etiam huic nomini quod est heluacia aspirarunt
Erat autē heluacia genus ornamenti lidii dictū a colore boum qui
est inter rufū & albū. Appellabaturq̄ heluus. q̄q̄ hæc eadem uox

Hedera unde dicta

Edonij uel
Edones
Hedone
Hedra

Hegesippus
Hegesander
Hegesias
Hegesipyle

Hei
Heiulo ab hei

Heluo . omis

Hebes
Heluacia
Heluus



Heluius
 Heluia . n . p
 Heluetij
 Helena
 Helennus
 Helium herba
 Heliotropium
 Helades
 Heliodorus
 Heliopohis
 Heliogabalus
 Heliocopis
 Heliocryfos
 Aelius
 Aelia
 Hellas
 Hellenes
 Hellanicus
 Hellepontus
 Helle
 Elis
 Helorus
 Helorus
 Helce
 Helco
 Elleborus
 Helpis
 Helpidius
 Helpidiamus
 Elpes . n . p .

apud ueteres faburram etiam significaret . Heluius autē & heluia
 ppria nomina in sepulchris nunc aspirata inuenias, ut in hoc . M .
 heluio crescenti . M . heluius hermius liberto fecit . Nunc sine aspira
 tione . ut in hoc . Aureliæ ualerianæ uixit annis . xxiiii . mensibus
 septē . diebus . xiii . Eluia chresia filia dulcissimæ . Heluetios galliæ
 populos in antiquis codicibus aspirationem habere inuenio . In
 græcis autem aspiramus e ante l in his helena helenus . helinū her
 ba quæ e lacrimis helenæ nata dicitur . Libuit hoc loco notare ue
 tus epigramma quod Capuæ extat . Cefellie conliberte hymninis
 ossa heic sita sunt . helena liberta de suo fecit . Heliotropium nomē
 herbæ quæ ex eo dicta est q̄ mane ad solis spectans exortum iter
 eius sequatur etiam ad occasum . heliades heliodorus heliopolis .
 heliogabalus : heliocopis nympha : heliocryfos herba floris aurei .
 & quæ dicuntur a nomine helios . ælius tamen & ælia romana no
 mina aspiratione carent . habentq̄ diphthongon æ . Hellas nomen
 fluminis . Hellenes quo nomine fuit deucalionis filius a quo græ
 cos hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos . Hellanicus helle
 hellepontus . Sunt qui uelint elis elidos aspirationem habere . he
 lorus Siciliæ fluuius . fuit & helorus istri fluminis filius : qui ab
 Aiace occisus est in ea pugna quam græci cum telepho rege myso
 rum habuerunt . Helice urbs arcadie quam mare absorbit : de cu
 ius nomine urfæ sydus fortasse uocatum est a poetis . uidelicet q̄
 Calisto lycæonis regis filia : quæ ex urfa cum filio in stellas uersa ē
 arcas fuerit & fortasse helicensis . e græcis tamen poetis sunt q̄ tra
 dant helicen & cynosurā cretenses fuisse iouemq̄ nutriuisse : quo
 merito a ioue in cælum ambæ translatae fuerint . Est & helice pro
 montorium . helicon mons boetiæ . heliconiades . Elleborus herba
 caret aspiratione . Helpis nomen proprium . licet græci nō aspirēt .
 tamen in quibusdā epigrammatibus aspiratum inuenies . ut in hoc
 Clodie helpidi coniugi incomperabili genialis maritus . Similiter
 helpidius & helpidianus in quo maiores nostri uidentur græcos
 non fuisse secuti . Eruditorum tamen quos ego noui nemo nunc
 his nominibus aspirat . fuit & elpes boetii nostri uxor . cuius epi
 taphium ē . Elpes dicta fui siculæ regionis alumna : Quā procul a
 patria cōiugis egit amor Quo sine mesta dies : nox anxia flebilis

hora . Non solumq̄ uiro spiritus unus erat . Lux mea non clausa
 est tali remanente marito . Maiorisq̄ animæ parte superstes ero .
 Porticibus sacris iam nunc peregrina quiesco . Iudicis æterni testi
 ficata thronū . Neue manus bustum uiolet ne forte iugalis . Hæc
 iterum cupiat iungeri membra cinis . hellanodices id est iudex cer
 taminis . helisabet iudeū nomē

E ante M

ANTE . M . autem aspiramus e in hac uoce hem : quæ latina dictio
 est : traxitq̄ aspiratōnem a natura . In græcis autem hemina genus
 mensuræ . hemiciclus genus sedis . hemisperium quæ uox cæli di
 midium significat . hemiolius quædam arithmetica pportio : cō
 tinens aliquem totum numerum atq̄ eius dimidium ut se habēt
 tres ad duo : & quindecim ad . x . hemistichius uersus imperfectus
 & omnia quæ fiunt ab hemi quod græce significat semis . Hæmus
 mons . hæmonia prouintia : & hæmonides propriū hominis . atq̄
 in his tribus æ diphthongon scribimus . hæmorroides genus mor
 bi . hæma enim sanguis ab illis dicitur : recipitq̄ æ diphthongum .
 inde hemorroreo uerbum : quod significat idem quod fluxu san
 guinis laboro & profluuiū patior .

E ante N

ANTE . N . aspiremus e ut heniochus : huic tamen uoci henetus si
 atticos sequi uoluerimus aspirationē non præponemus : sin eoles
 Nam hi diagamma ponebant ante e loco eius aspirationem pone
 mus : quāq̄ pro heneto uenetum nunc dicimus . Male qui aspirāt
 huic dictioni eneyo de qua apud Lucanum aduersaq̄ risit eneyo .
 Hendecasyllabus uersus undecim syllabarum : quales ille catullia
 nus . passer deliciæ meæ puellæ .

E ante O & P

O quoq̄ patitur sibi precedere e aspiratum in hac uoce græca heous
 heoa heoum : quæ uox fit ab eo quod est heos id ē dies & aurora .

Hellanodices
 Helisabet .

Hem
 Hemina
 Hemiciclus
 Hemisperium
 Hemistichius
 Hæmus
 Hæmonia
 Hæmonides . n . p .
 Hæmorroides

Heniochus
 Henetus
 Eneyo
 Lucanus
 Hendecasyllabu

Heous . a . ū



Eos

Heptas

Heptimemeteris

Heptaphorus .n. p.

Heptaporus

Hephestos .n. p.

Epodos

Hepernia .n. p.

Herus

Hercules

Herculanu

Pignus pigneris
apud antiquos

Supleo cu vno
tantu p.

Hermei populi

Hermiones pop.

Hermes

Hermema

Perihermema

Hercyna filia

Hercym

Hersa

Hersilia

Eridanus

Eremus

Erigone

Erebus

Heresis unde

pleriq; tamen græcorum eos id est mane non aspirant. P. uero in nostris dictionibus non patitur sibi preponi e aspiratum .nisi in quibusdam quas a græcis mutuati sumus quæ sunt heptas & heptimemeteris . omnibus autem quæ fiunt ab eo quod est hepta aspirandum est ut heptaphorus nomē hominis proprium . & item heptaporus troiæ fluuius . est & hephestos proprium uiri & nomen uulcani : Epodos aspiratione caret . Inuenio in quodam ueteri se pulchro nomen hepernia aspirationem habere.

E ante R

ANTE .R. autem aspiramus E in his herus hera:herilis:hercules. herculeus:herculanus. Fuit & herculanum Campaniæ oppidum Placet hoc loco mentionem facere cuiusdam uetustissimi sepulchri quod ipsi in pelignis inuenimus:in quo titulus iscriptus hic erat Publicæ memisiane uxori castissimæ & incomparabili affectōne feminae . Cuius de obsequiis dicere minus supplet dolore:quintus herculanus maritus:cum pigneribus de ea natis locum cōsecrauit Quo in epigrammate cum sit uetustissimum :apparet apud uetustissimos latinos pignus ~~emisse~~ genitiuum pigneris per e non pignoris per o. Et hoc uerbum supleo unde dicta est supellex habere unum p . Heraclitus:heraclea:herilus:heros:herous:heroicus:herois:heroine: herodes :herodotus: herostratus. herophilus: hermus:hermei populi:hermes:hermafroditus:hermagoras:hermione:hermiones olim populi:hermocrates:hermolaus:hermippus. queq; fiūt ab eo quod est hermes id est mercurius. Itemq; hermæ qui sunt lapides quadrati:quos Athenienses solebant ponere:tum in priuatarum tum in sacrarum ædium uestibulis:ut significaret rationem & ueritatem perinde ut forma quadrata rectam semper stare . Dicti autem herme a mercurio qui esset deus rationis & ueritatis.hermenia interpretatio :unde perihermenia. Hercyna filia Alamania:& hercyni populi:habet ypsilon. hersa:hersilia uxor romuli quæ in horam uersa templa cum quirino tenuit . Est autē herse apud græcos id quod apud nos est ros .Eridanus & eremus & erigone & erebus aspiratione caret. heresis & hereticus aspiratio nem retinent ante dipthongū ae . Fit enim hæresis a græco uerbo

herumae quod est eligo & capio . Aspirant etiam græci herpo p quo nos dicimus serpo:& herpillon serpillum & herpes quod animal inde duxit nomen: q; eo precipuæ sanentur ea quæ serpunt. Aspirat etiam huic uerbo herdo quod tum facio tum sacrificio significat .a quo puto ductum nomen propriū herdonius . De latinis uero aspiramus hæreo cuius aspiratio inest natura cū dipthongo ae:& quæ ab eo ducunt :hæres hæreditas hæreditarius hæredipeta hærediolum id est prediolum:exhæredo exhæredatio.hæres nomen deæ:cui ueteres post acceptam hæreditatem rem diuinam faciebāt . At eriscundus quā uocē apud iuriconsultos sæpius reperies.& ercius quē alio nomine iouē penentralē romani uocauerūt aspiratione carent .Erciū enim antiqua dictio: unde eriscundum dici uolūt :a coercendo tracta est. unde & iouem erciū puto dictū q; mala crederet arcere.Herēnius propriū hominis aspirationē habet.quod etiā indicāt sepulchrorū iscriptiones:& heri quod a græco dici uolunt.& hernicus. Fuere autē hernici italiæ populi ex eo dicti q; asperam & saxosam incolerent regionem.marli enim saxa herna dixere:& hernum durum: unde uolunt herniam dictam a quibus cum ipso uocabulo aspiratio accepta est . quis macrobius uelit hernicos a duce quodā pelasgo dictos.proptereaq; a uirgilio pelasgū quendā hominē hernicis ducē datum .Et ut ad uerbū hæreo redeam.tamet si ego existimem esse huic uerbo aspirationē naturalem.tamē non desunt qui arbitrentur additā esse aspirationē.ut differret ab ære qui est sextus casus nominis æs in secūda imperatiui persona. Trahitur ab eodē uerbo herba q; fixa solo hæreat:& ab herba herbidus:herbosus :herbaceus.herbularius . Et qm herba est uiride pecoris pabulū a ueteribus herbilifander:dictus herba pastus:quasi grauidior q; pastus frumento .Eruca autē & erugo ut dicā quod sentio aspiratione carent .neq; enī fiūt ab hæreo uerbo ut apuleius uult . Nam ærugo ab ære dicitur: habetq; dipthongū ae .ea ut inquit Plinius fit pluribus modis.nā & lapide excoquitur:ut æs deradit & in ære candido perforato.atq; in cadis super acetū æreo obturatū operculo:multo probatior q; si hoc idē squamis fiat. Quidā uasa ipsa candidi æris fictilibus cōdiunt i aceto.ra duntq; decimo die.alii uinaceis contegunt totidemq; dies radunt

Herpo

Herpillo

Herpes

Herdomius .n. p.

Herdo

Hæreo

Hæres

Hæreditas

Exhæredo

Hæres Dea

Erciscundus

Ercius Jupiter unde

dictus

Herēnius

Heri

Hernicus

Hernici italiæ populi unde dicti

Herba ab hæreo

Herbilifander

Eruca

Erugo

Plinius



Eruca unde dicta

Verg. locus

eruu

Heritius
Herinatius

Hestermis
Hesitu
Hespernis
Hestica
Hesione

Alii de lima eris scobem aceto spargunt uersantq; spaciis saepius die donec absumatur eodem scobe. Alii terere in mortariis eris ex aceto malunt: ocissime uero contingit tenacior recisamentis in acetum abditis. Hæc igitur plinii uerba declarant æruginem ab ære dici: quando ex ære fiat. Eruca uero aut q; urat dicta est. nam & linguam pūgit & sanguinem exurit: ut sit eruca quasi uruca u in e uersa. aut q; fortasse dicta sit ab esu hoc est ab edendo & cū principio esset esuca. postea commutatione litteræ facta est eruca ut ex ualesio ualerius: ex fusio furius: ex auselio aurelius: & ex asa ara ut Varro est auctor. Ait enim aras primum ansas dictas: q; esset necessarium a sacrificantibus teneri. Ansis autē solere teneri uasa q; dubitat: Commutatione igitur litterarum aras dici ceptas: ut ualesios & fusios & plusima: pro quibus dicimus ualerios furios plurima: & ut festus etiam refert: pro laribus feriis: maioribus melioribus ueteres dixerūt. lasibus: feliis: maiosibus: meliosibus: & arbores pro quo nos arbores. Virgilius quoq; hoc ipsum significat uideatur cum ait. talibus orantem dictis arasq; tenentem. Ergo ut ex ansa remota littera n asa primo: post uero conuersione: s. in. r. ara dicta est. sic ab esu primum esuca: postea eruca uideri potest dicta Eruum sunt qui putent aspirationem habere q; ab herba dictum sit: ut sit heruum quasi herbum: mihi magis placet ab eruendo dictum esse. Nam ut legumen a legendo id est carpendo. & lenticula quasi legenticula. sic eruum ab eruendo. Carpitur enim & manu uellitur ut alia legumina. Nunc eruillum uulgo dicitur. Sunt tamen qui putent e græco dici quod est ορρος orbos & aspiratio ne similiter carere. Heritius & herinatius: sunt qui putent ab horrendo dici: atque exinde aspirationem trahere.

E ante S

DICTIONES uero quæ habeant e aspiratum ante s sunt hæc uide licet: hesternus ab eo quod est heri. & hesito ab hæreo. habetque diphthongon ae. Itemq; hesperus hesperia hesperides hesperugo hesiodus: hestius: hestiodorus. hestica oppidum quoddam eto lia. Hesione laomedontis filia zc: quæ uoces omnes supradictæ

a græco trahunt aspirationem: hesaias & hester.
E ante T & V & X

E ante. T. apud nostros non habet aspirationem: Græci tamen aspirant heteros id est alter & heteroclitum quod nos ab eis accepimus & heterogenes. Prisci hetam dixerunt quasi hietam rem minimi pretii ut est oscitatio & hominis halitus. Hetam alii uolunt esse pustulam illam quæ in coquendo assurgit ut uidemus in anis & caldariis dum feruent. Ante .u. aspiremus e. in his solum heu & heus. de quibus dixi. At ante x in aliquot græcis quæ sunt hexameter hexameron id est sex dierum. & hexagonus. fiūt enim a uoce hex pro qua diximus sex:

E ante Y

ANTE ypsilon græci non modo non aspirant e. uerum si in aliqua uoce sit e aspiratum recipiaturq; post e ypsilon aspirationem abiciunt. Ipsi enim aspirant hecylos id est quietus. cum tamē intericiunt y & dicit ενκλωρ aspirationem amouent. Similimodo dū pro eo quod est heyolon id est hesternum ενωλωρ dicūt dasean abiciunt.

ANTE .z. quoq; aspirant huic uerbo hezomae id est sedeo/male iq ezechas & ezeziel aspirant.

I ante A aut B aut C aut D

ENVMERATIS his dictionibus quæ aspirationem exigunt ante e. Dicam eodem etiam ordine de I uocali. id est in quibus dictionibus ei sit aspirandum. Ac primum de illis quæ habent aspiratū I ante A aut B aut C aut D. Aspiramus igitur huic uoci hiatus quæ fit ab hoc uerbo hio hias hiat. Dixere etiam ueteres hietare hiarbas: & hibex: & hibistus sunt qui aspirēt. Iberia autem & iberus & ibernia aspiratione carent. Hic pronomen etiam cum transit in aduerbium aspirationem habet. Hicetaon cuius filius melanippus de quo apud homerum extat epigramma in quo est nomen hidis. Diis manibus aelius Antiochus hidi: benemerēti quæ uixit ānos. LI. menses nouē. Lutius septimus saturninus coiugi

Hesaias
Hester

Heteros
Heteroclitū
Heterogenes
Heta
Heu
Hens
Hexameter
Hexametro
Hexagonis

ευκλωρ
ενωλωρ

Hezomae
ezechas
ezeziel

Hio .as .at.
Iberia
Ibernia
Hic
Hicetaon
Hidis



Hidymeles

Hiem. ef. et

Hiero

Hieronymus

Hieropolis

Hieremias

Hiericho opp. in deo

Hierosolima

Hierusalē

Hierarchia

Hiera

Hiera

Hiera

Hieri pop.

Hieropicia

Hierax

Hiempfal

carissimæ: quo in monumento dictio coniugi est sine lra n scripta. hidymeles propriū hominis.

I ante. E. aut. F. uel. G. uel. L.

SEQUENTE autem. e. non aspiramus I in latinis uocibus: nisi in illis temporibus hiem hies hiet. Sed de obliquis casibus nominū & temporibus uerborum sat sit præcepisse illud q̄ obliqui sequātur rectos. acceptamq; ab illis aspirationem retineant. q̄q; eodem modo cætera uerborum tempora a suo præsentī aspiratione non differunt. De græcis autem aspiramus hieron: hieronymus: hieropolis: hieremias. hiericho nomē oppidi quod erat in iudæa. hierosolima: hierusalē. hierarchia. hiera una ex insulis eoliis. Fuit & uia sic quondam dicta q̄ ea irēt sacerdotes ad eleusinam cererem. Appellata est etiam hiera uxor Telephi regis mysorū quæ a nereō interfecta dicitur: cum marito ferret opem qui ab achille uulneratus fuerat: ea ut fabulæ tradunt tantæ pulchritudinis fuit: ut etiā helenam superaret. hieri scythie populi. hieropicia genus medicina. hierax uero nonnulli tenuant I. In quibus quidem dictionibus si græcos imitari uolumus primam litterā uocalem faciemus eique aspirabimus. Sunt tamen qui in consonantem uertant. & e duabus syllabis unam cogant. Nam græce hieron trium est syllabarum. hieronymus uero quinque. I autem cum est consonans aspirationem nullo modo recipit. quæ res efficit: ut nomen Ianus aspirationem non habeat quam habet hio primitiuum. Dictum autem esse ianum ab hiando: Festus auctor est. eadem ratio est ianux. Ipsius festi uerba sūt. chaos appellat hesiōdus confusā quondam ab initio unitatem hiantem patētemq; in profundum ex eo χασκευ græci nos hiare dicimus Vnde ianus detracta aspiratione nominatur: eo q̄ fuerit omnium primus. Cui supplicabant uelut parenti a quo rerum omnium factum putabāt initiū. Quam obrem in hoc nomine hieronymus si primam quæ græce uocalis est: consonantem fecerimus: aspiratio demenda erit. Nam I consonans ut dixi aspirationem non recipit. Ad hæc scire etiam oportet I cum sit consonans ab aspiratione semper abhorrere: ut a se lōge aliena. hiempfal quod puniū est i uetustis codicibus aspiratū inueni. Nullæ latinæ dictiones ante f uel G habent I aspiratum.

quāq; græci aliquando aspirant ut higuēnos id est dux seu præfectus. At ante L aspiramus hilum cui uoci aspiratio natura inest Dixere autem ueteres hilum id quod est in grano fabæ. Fiunt ab hac uoce nihil nihilumq; . Aspiramus etiam græcos imitantes hilaris & hilarius & hilarodus quæ uox apud priscos significabat la sciui & elumbis carminis cantorem. hilaritas . hilaritudo . hilaria. quod nomen apud ueteres erat pluralis numeri & generis neutri. ut saturnalia & dyonisia: hilæ hilarum quæ est prisca uox. significabatq; genus farciminis siue ut festus dicit intestina quæ ueteres hoc nomine appellabant : a qua uoce boillas uicum dictum putarunt : q̄ eo bos intestina trahens aduenerit. quod si est hoc quoq; nomen aspirationem tenet in media syllaba . ego in uetustissimo lapide scriptum uidi non bohillas sed bouillas cum littera u . hila Varro putat dicta ab hilo id est minimo: hilum aspirationem habere docet nomē filum: quod cum ab hilo dicatur ut uarro est auctor in f mutauit aspirationem : Illyrium illyria & illyricus aspiratione carēt . Dixere etiam prisca hilare ut in uetere Afranii uersu propter patruēlem tuum constituit anhelans hilare deiecta coma Quin etiam ab eo quod est hila protulere diminutiuum hilla: id est intestina . ut inquit festus a græco uerbo quod licet græce dafi an non habeat . tamen inter aspiratas dictiones ab antiquis collo cantur hilla & hile.

I ante. M. & N.

ANTE . M. uero in nulla uoce nostra aspiramus I. in græcis autem aspiramus himera urbs Siciliæ himerensis . imbros aspiratione caret . At ante . n. aspiramus i in aliquot nostris dictionibus: quibus aspiratio ipsa naturalis est : hinnio: hinnitus : hinnibundus . hinc aduerbium quod fit ab eo quod est hic littera . N. interiecta: Vfus quoque eruditorum aspirat etiam his dictionibus hinus q̄ ex equa & asino nascitur : & hinulus & hinuleus.

I ante O

EX OMNIBVS latinis dictionibus unam tantum inuenias in qua

Higuēnos

Hilum

Nihil

Nihilum

Hilaris

Hilarodus

Hilaritas

Hilaria

Hile. ar.

Bohile idem q̄

Bouille

Illyrium

Himera

Imbros

Hinnio

Hinnitus

Hinnibundus

Hinus

Hinulus

Hinuleus



Hio .af.
Inhio .af.
Iocasta
Iosephus
Ioannes
Ioacim

Hippasus
Hippohitus
Hippocrinis .fons.
Hippodamia
Hippodes populi .scy.
Hippo opp .africe
Hipago .Nanis
Hippocratea .Vx .Mit.
Hippomanes
Verg.
Verg.
Tibullus
Hippinus
Hippocomm .Vini
Iphis
Iphia
Iphianassa
Iphitus
Hirsutus
Hirtus
Hirpinius
Hircus

I aspires ante O ea est hio hias.a quo fit inhio inhias cui aspiratio naturalis est q̄ id uerbū uegetiore spiritu debeat proferri .Iocasta caret aspiratione .Iosephus Ioannes ioacim in quibus i uocalis est non consonans/apud gr̄acos aspiratione carent .qua tanto magis carebunt apud nos si primam litteram consonantem fecerimus

I ante P

ANTE .P.aspiramus uocali i in gr̄acis plurimis hippasus hippolitus.hippolition.hipparchus.hippocrinis fons boetia.hippocoon hipponous.hippotion.hippodamas. hippodamia. hippodes populi scy:hiæ .hippo oppidum africa. Vnde hipponensis hippomanes.hippago genus nauis ad equos deuehentos. hippias. hippotoxata id est eques sagittarius .hippodromus. hippocrates. hipscratea uxor mithridatis. hippocampus equus marinus. hippotamus equus fluuiialis.hippomanes.quod ut ait Virgilius sæpe malæ legere noueræ:miscueruntq; herbas & non innoxia uerba. Ferunt enim hippomanes uel legi e fronte pulli equini statim cum aluo materna missus est. Vnde ait Virgilius.quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus . Et matri præreptus amor uel certe uirus esse defluens .ex scenis equarum dum libidinis ardore feruntur . Vnde apud tibullū:hippomanes cupida stillat ab inguine æque Quod quidem uolūt habere uim isania.hippius neptūni cognomen ex eo inditum q̄ ex tridentis eius percussione natus fuerit equus quem gr̄aci hippon dicunt. hippocomus puer qui equum comit. hippocomm genus uini dictū ab hippo loco eius insulæ q̄ co ab antiquis dicta est .hippacuo id est celeriter animā duco q̄ e quorū hanelitus admodū sit acutus . Iphis uero & iphias & iphi onassa & iphitus habēt i tenue.

I ante R.

ASPIRAMVS etiā I ante R in his uocibus hirsutus & hirtus. qui bus aspiratio a natura hæret : Sunt tñ qui uelint hirsutum dici a uerbo horreo : Dixere etiā prisca hirtipilū id est hirtos habētes pilos. huic nomini hircus aspiratio loco f̄pponiū .Nā sabini fircus

Inde
nomi

hinc anti
quoru
mori
uidetur
Sr
quiff
hulq
mudi
abla
tūū
p.e.
pivulit
in
in
qua
da
herudu

dixere. quāq; si Quintiliano credimus principio romani non aspirabant huic uoci . Eadem ratione aspiramus hircus: cum significat eam partem oculi qua palpebræ committuntur. quod nomen satis quidem inepte Apuleius grammaticus inde uult dictum . q̄ illic hæreant oculi. Tradunt etiam gr̄amatici uocem hanc in hac significatione scribi debere per q̄ .cū uerò significat animal per C. quod quāq; nō improbo: tamen existimo ueteres in utraq; significatione scripsisse per q̄ Nam & hircutulos dicebant pueros ad uiriliter accedentes ab hircorū scilicet libidine: quæ res aperte indicat etiam hircum pro animali per q̄ pronuntiasse illos & hircos dixisse: non q̄ ibi hærent oculi sed q̄ signa libidinis: quæ maxima in hircis id est hircis est: illic essent: eorumq; motu declararetur. Arcum etiam per q̄ scribebant: & cum celestis arcus significabatur. & cum arcus quo sagittarii utuntur . Vnde arquites uocabantur ab antiquis qui postea uocati sunt sagittarii. & qui nūc dicitur acipenser ab illis dictus est per q̄ acipenser. ab aquis uidelicet . Est autem acipenser piscis: aliquando in conuiujs laudatus. Quid quod pecuniā per q̄ scribebant. quod inscriptio hæc manifestū facit . Q. filius lucii filius rufus. Q. agrius quinti filius celer prætor duumuir. Lanarias & quæ in his sunt sua pecunia fecit. ut ex eo uectigale quotannis: colonis mulsum & crustum natale cæsaribus augusti daretur . Quo in elogio duo imprimis notanda sunt. hoc est consueisse ueteres pecuniam per q̄ scribere: quod ego alibi quoque notauī: & ablatiuos casus nominum tertiæ declinationis : quæ neutri essent generis: & in E rectum casum haberent: in E quoq; exire litteram finalem. Nam cum dicerent hoc uectigale in recto: pro quo postea uectigal dictum est: dicebant ablatiuo casu uectigale: ut hic cernitur. Et primo casu mare: sexto etiam casu mare . Vt apud Lucretium : E mare primū homines e terra posuit oriri. Squamigerū genus & pecudes erumpere cælo. Hirpinus secundum quorundā opinionē habet aspirationē. Hircus nomen propriū aspirationē exigit siue ductū fuerit ab hircus: ut ab asino a sinus: & a uulpe uulpus: siue ab hircus: quod si sit p t scribi oportet forsità & ab eo dictus est quod apud prisca erat ercius: mutata littera: de qua uoce superius dixi: quod si sit: aspiratione carebit

Hircus
Apuleij error

Hircutuli

Hircus unde dicit

Arquus
Arquites
Acipenser
Pecunia

Nota

Lucretius

Hirpinus

Hircus



Hirundo
 irundo
 Hirrire
 Iros oppidu
 Iros
 Iros .i. Ver
 Iris
 Iromia
 Iromens
 Hirof . Sacru
 Hira . opp
 Hisco
 Hispidus
 Historia
 Histopus
 Ister
 Istrio
 Isagoras
 Isauria
 Isopleuros
 Isomerinos
 Ispania vel
 Hispania
 Iseus
 Error eius q festu
 abremianit
 Himicus
 Hizano

Græci per T scribunt nec aspirant: quæ res declarat maiores nros non aspirasse huic nomini hirudo. si dicatur ex eo q hærendo saguinem ducat: aspiratōnem habebit: sed non conuenit in quātitate syllabæ. Hirundo auis uidetur dicta esse a uere q uere ad nos trāfeat . quod si est . littera u mutata est in aspirationē: quā hodie nō est qui aspiret. Dixere etiam ueteres hirrire quod tractum est a canibus rabiosis. Iros nomē oppidi quam Homerus ouium matrē dixit . Et Iros proprium hominis . & Iros idest uer. Itemq Iris aspiratione carent Et ironia & ironicus . Hiros tamen cum sacru significat dasean apud græcos habet. Hira oppidum argolidis.

I. ante.S.

ANTE .S. quoq aspiramus I in uerbo hisco: quod traxit aspiratōnem ab hio uerbo de quo dixi. Hispidus hispida hispidum aspirationem habet natura sibi hærentem . q̄q̄ quidam ab horrore dici uolunt . De græcis autem aspiramus historia historicus. histopus genus nauis. Ister uero istrio isagoras isauria a qua deuicta Scipio isauricus. isopleuros triangulus æquos habens angulos . & latera equalia . isomerinos circulus æquinoctialis . Item ispania & ispanus hæ uoces omnes habent i tenue . Licet quidam huic nomini ispania contendat debere aspirari. quod ego probo & in uetustissimis quibusdam monumentis aspirationē habeat hispania & hispanus . caret etiā aspiratione isæus nomen oratoris: quod nomē habet ae diphthongon post litteram .s. Nam q̄ istrio ponat apud Festum inter uoces aspiratas : aut fuit error eius qui id uolumen i hunc ordinem quem nunc habet redegit: aut certe uolūtas hominum illius temporis qui contra græcam institutionem aspira uoluerunt.

I ante T & V & X & Z.

ANTE .T. uero & u & x & z non aspiramus i nisi in nomine hiulcus: quod a uerbo hio aspirationem trahit . Græci tamen aspirant aliquando i ante x & z ut in his uerbis ἱζόμαι & hizano . Ac de littera i satis dictum est.

Y psilon

RESTANT pauca quædam dicēda de littera y quod græci psilon a soni tenuitate uocauerunt: quoq nos in græcis tantū dictionibus utimur: aut in quibus græcos imitamur . unde græcum y a posterioribus dicitur . Scire igitur oportet græcos dasea notare y i omnibus dictionibus quæ ab eo incipiūt. quāq̄ eoles hoc non seruauerunt qui dasean fugiebāt . Aspiramus igitur y ante a in his hyas hyades stellæ quædam in fronte tauri dictæ ex eo q̄ ex ortu suo pluuias excitent : uel q̄ in speciem y litteræ posite sint in cælo. De quibus alii quidem loquuntur in hunc modum. q̄ hæ bacchi nutrices fuerint & cum iunonis iram uereretur: fugerentq̄ licurgi regis seuitiam iupiter eas cælo intulerit & stellas esse iusserit. Alii autem tradunt atlantem ex æthra uxor hyan filium suscepisse quem a leone deuoratum: cum sorores miserabili lamētatione prosequerentur: & moerore uitam finirent . Iupiter illas miseratus in stellas uerterit: ut earum pietatis perpetuum hoc esse testimonium: quæ de fratris nomine hyades ab hominibus dictæ sunt hyantis . hyacinthus & lapis & flos & nomen proprium . hyacinthinus a colore: hyacinthia sacra hyacinthi. nec uero me latet multos contendere ut prima littera i sit iota secūda sit y psilon. hyanteus. hyampolis urbs phocidis. hyalos uitrum. hyalinus uitreus. hyalenses Siciliae populi ANTE .B. in his hybla mons siciliae & oppidum: & pars attica. hybleus. hyblon nomen regis a quo hyblei. hybrida ignobiliter natus. hybrisis enim tum cōtumeliam tum flagitium tum stuprum apud græcos significat. ANTE .D. in his hydaspes fluuius. hydra. hydrus. hydrops. hydropticus. hydromantia. hydraulis genus organi musici. hydria uas. hydrus mons. hydrūtū oppidum. hydarnes proprium hominis. ac demum in omnibus quæ fiunt ab hydor. ut hydrochous signū celeste id est aquarius ANTE .E. hyems. si uerum ē q̄ & hyems & humber a græco uerbo ducantur quod udum & pluuiosum significat. mihi magis uideatur ab hiando hyemem dictam esse. quod ut Varro ait: anima quæ a nobis flatur tum appareat. Spiritus enim ipse noster dum spiramus hyeme quasi in nebulam concretus cernitur . ueteres autem latinos arbitratos esse hyemem ab hiando magis q̄ a uerbo

Hyas
 Hyadum fabula
 Hyacinthus vel
 Hyacinthus
 Hyanteus
 Hyampolis . V.
 Hyalos .
 Hyalenses . pop
 Hybla
 Hybleus
 Hyblō
 Hybrida
 Hydaspes . flu
 Hydra
 Hydrops
 Hydromantia
 Hydraulis
 Hydria
 Hydrus . M
 Hydrūtū
 Hydarnes
 Hyems

Hiems unde dicta
Himber
Hibernus

Himber

Hyena vel

Hyena

Hyei

Hyella

Hygia

Hyginus

Hylas

Hylagmos

Hylacus

Hyle

Hyllus

Hymen

Hymeneus

Hymnus

Hymetus

Hymella

Hymees

Hyosciamus

Hyphe

Hypsiphyle

Hypallage

Hypamis

Hypacaris

Hyperio sol unde

Hypmestra

Hypocrita

Hyre

græco dictam. hoc satis declarat quod in uetustissimis codicibus per i latinum scripta semper inueniuntur: & hiems & himber & hibernus. idque seruandum ipse iudico. hiems enim est dicta quasi hiems quæ non solum anima nostra ut Varro ait: sed & aer ipse hiet: ab hieme himber dictus quasi hiember detracta littera. hieme. n. existunt frequentiores himbres. Ab ipso autem hembre fit hibernus depta in littera: ut a patre paternus. & a matre maternus. hiena quam ex foemina in marem uerti fabulæ tradunt. Est autem serpens quam uno anno marem: altero foeminam esse tradiderunt. Scribitur etiam hyæna per æ diphthongon. Hyei populi locidis. Hyella cœnotriæ oppidum a phocensibus cõditum. Ante f quæ la latina est littera y scribi non potest: pro qua ph in græcis utimur.

ANTE .g. hygia proprium nomen: extat neapoli urna in qua hæc leguntur. M Aurel: Nicolaus Aureliæ Hygiæ cõiugi dulcissimæ benemerenti fecit. Hyginus nomen proprium

ANTE .L. hylas herculis puer a nymphis raptus. hylagmos nomen canis. hylacus hominis. hyle materia. hyllus nomen proprium.

ANTE .M. hymen hymeneus hymnus. hymetus mons. hymella fluuius. hymees uiri proprium.

ANTE .N. uocem nullam accepimus quæ habeat y aspiratum.

ANTE .O. hyosciamus herba.

ANTE .P. hyphe hypsiphyle: hypocaustrum: hypsenor: hypenor. hypallage: hypamis & hypacaris flumina scythie: hyperbole: hyperbaton: hypothesis: hypocrica: hyparchus id est præfectus: hypostasis hypermeter uersus qui syllabam superabundantem habet. hyperborei montes: hyperiochus uiri proprium: & hypericles. hypermestra: hypatos. hypotecha: quæque fiunt ab hyper: & in his hyperion quo nomine dictus est sol quæ super terras feratur. hyperio nomen nymphae: hyperia fontis: hyperides nomen proprium: hyperborei qui habitant super id est ultra aquilonis flatum: quos tradunt humanæ uitæ modum excedere. hypnus & hypneros nomina propria quæ in antiquo sepulcro scripta inueni.

ANTE .R. hyre oppidum boetiæ & hyrcanus: hyria etiã uicus aulidis

& hyrie stagnum seu fluuius boetiæ: hyrmine oppidum peloponnesi: hyrra nomen proprium: hyrtacus: hyrtacides. hyrtius. Cuius meminit homerus: refertque cum ab aiace occisum: hyrgis flumen scythiæ. hyroeades uiri proprium.

ANTE .S. hystrix animal. hyssopus herba. hystaspes nomen persicum: hespeus uiri proprium. indifferenter quoque hyostiamus & hyusquamus herba hodie dicitur. Et cum hoc nomen græce sit quinque syllabarum a nostris ita pronuntiat ut quadrisyllabum appareat. græci dicunt hypsipyle. nos autem per abiecta sepe dicimus hysiphyle. dicunt & hys pro quo nos sus. Aspirant etiam græci y ante th. hythlos id est nuge & dictum ridiculum. Sunt qui scribunt per iota sine aspiratione.

FVISSET non parui & certe ingrati laboris uoces omnes colligere in quibus græci aspirent huic litteræ y quas si collegissent non multum tamẽ inde utilitatis attulissent latinis adolescentibus: quosdam tantum placuit annotare: quæ a latinis acceptæ in mentem uenerunt nulla diligentia adhibita: neque enim græcis hæc præcipio. Atque ut intelligas quid ipse de huius litteræ usu sentiam: sic quidẽ censeo uenia dignum quisquis is sit qui in eiusmodi dictionibus i latinum scribat: modo aspirationem præponat. Neque enim necessitas aliqua coegit maiores nostros eam litteram a græcis mutuari. quæne antiquissimi eorum habuerunt ex qua accepta haud scio an nobis utilitas parta sit aliqua: an nõ: pronuntiatio ipsa magis quæ figura docere nos poterat: eam litteram tenuiter sonare. tametsi nõ adeo diligentes in pronuntiandis litteris simus: ut hanc differentiam seruet nostrum aliquis: quam ne græcorum quidem quos noui seruet nunc unus. Græci etiam cum producant i & o quæ ita & omega ipsi appellant: alias dederunt figuras: qua in re fuisset profecto nõ parua utilitas si illos imitati fuisset. Sed maiores nostri quod cum utilitate etiam magna facturi erant: contempserunt: quod autem ab re fuit secuti sunt: in quo laboris aliquid utilitatis certe aut omnino nihil aut parum nobis est additum. Sed quoniam maioribus nostris sic placitum est: studeamus quoad fieri poterit: ut in quibus oportet dictionibus y psilon scribamus: dum tamẽ ne dum nimis græci uideri uolumus: latinis nos esse obliuiscamur: illud

Hyrie

Hyrmine

Hyrra

Hyrtacus

Hyrtius

Hyrgis

Hyroeades

Hystrix

Hyssopus

Hysiphyle vel

Hysiphyle

Hys. i. Sus

Hythlos

De littera .y.



*lucra y. in. v. a
maioribus nostris
mutabatur*

non ignorantes q̄ maiores nostri hanc litteram i u uocalem sepiſ
sime uertebant. & pro sylla fulla: pro thymo thumus: pro myrto
murtus dicebant.

O ante B & C & D & F & G

AC de I haftenus: nunc de O dicam: quod quidem nec ante B nec
ante C nec ante D nec ante F nec ante G aspirationem habet i no
stris dictionibus: preter q̄ in pronomine hoc. & aduerbio hodie.
quod ab hoc & die fit c littera eiecta. Legimus etiam ueteres dixif
se hodiecos latrones ac uiarum obsessores. Fit enim a graeco ho
dos id est uia. hodieus habet aspirationem fuit nomen praconis.
Ocnus aspiratione caret: & ode & obeliscus.

O ante E & I & L

ANTE: E. quoq; & I non aspiramus O. At ante L aspiramus holus
holeris: ea causa ut quibusdam placet ut aspiratōne differret ab in
finitiuo olere: fuit enim aliquando tertiae coniugationis: quod nul
lo modo probauerim. Nam prisca illi qui non holus sed helus di
cebant: nihilominus aspirabant. Dixere etiam heluela id est minu
ta holera: & helusa pro quo dicimus holera. Ex quo satis clarum
esse potest huic uoci naturalem esse aspirationem. Fit ab eo holus
holitor. Graeci aspirant holophernes & holocaustū & holor quos
nos sequimur. Sūt tñ q̄ olor tenuent.

O ante M

ANTE. M. aspiramus O in nomine homo: ut aspiratione differat
ab eo quod est omen ominis. Ego tamē existimo huic uoci inesse
aspirationem naturalem. Nam prisca cum non homo sed hemo p
e dicebant: aspirabant ut nunc: & similiter cū dixere homo homo
nis. ut Vulturis in siluis miserum mandebat homonem. quanq̄
multi pro nomine proprio accipiūt. quibus in uocibus nulla tūc
erat habenda differentiae ratio. Aspirabant etiam illi huic uoci ho
melium: quod erat pilei genus. Aspiramus etiam quae graeca sūt
homomeria similitudo partium: quo nomine Lucretius utitur.
hinc & anaxagorae scrutemur homomeria. Fit haec dictio a uoce

aspirata homios id est similis: & homonymon id est eiusdem no
minis: & homonymia. homogenes eiusdem generis. Vnde & ho
mogeniū. homophonos eiusdem linguae: homilia: homelus mōs
thessaliae. homerus homericus: homeromastix: homolobrus: ho
monea proprium mulieris. Significat autem graece ὁμοιοία con
cordiam. Extat mulieris eius nominis epigramma his uerbis. Tu
qui secura procedis mente parumper. Siste gradū quæso uerbaq;
pauca lege. Illa ego quae claris fuerā praelata puellis. Hoc homo
nea breui condita sum tumulo. Cui formam paphiae charites tri
buere decorem. Quam pallas cunctis artibus erudit. Non dum
bis denos aetas mea uiderat annos. Iniecere manus inuida fata mi
hi: Nec pro me queror hoc morte est mihi tristior ipsa. Mœror
athimeti coniugis ille mei. Sit tibi terra leuis: mulier: dignissima
uita. Quaeq; tuis olim perfruerere bonis. Si pensare animas sine
rent crudelia fata. Et posset redemi morte aliena salus. Quantu
lacunq; meae debetur tempora uitae. Pensarem pro te cara homo
nea libens. At nunc quod possum fugiam lucemq; deosq;. Ut te
matura perstyga morte sequar. Parce tuam coniunx fletu quassa
re iuuentam. Fataq; mœrendo sollicitare mea. Nil profunt lacri
mae nec possunt fata moueri. Viximus hic omnes exitus unus ha
bet. Parce ita nō unq̄ similem experiare dolorem. Et faueant uo
tis numina cuncta tuis. Quodq; mihi eripuit mors immatura iu
uentae. Id tibi uicturo proroget ulterius. Athimetus paphili Ti
berii caesaris Augusti. Il. ancerocianus sibi & claudiae homoneae
conlibertae & contubernali.

O ante N

ASPIRAMVS etiam O cum praecedit littera. n. in his honor: ho
nestus: honoro honoratus. honorius nomen propriū. a quo clau
dianus honorides patronomicū protulit. honoraria ludi qui a
romanis fiebant in honorem liberi patris. Sed honos si Varroni
credimus dictus est ab honesto honer: & honestus q̄ honus susti
neat reipu. Seruius quoq; inquit honos dicitur cui honus ipsum
honoris est. ut si quis spolia de hostibus ferat. retinet etiam aspira
tionem: nam ab honore descendit. quae uerba indicant honus ho

Homophobus
Homerus
Homolobrus
Homonea

Epigramma pu
cherrimū

Honor
Honestus
Honorius
Honoraria



neris aspirationem exigere. quod gellius quoque affirmat. & nomen honestus atque honos ab honore duci. Sunt tamen & hodie qui neque honus neque honustus aspirent: etiam eruditorum usu accedere. Sed cum honor & honoro honoras aspirationem retineant quod feruamus in deriuatis: non est abitiendum in primitiuis. Male qui aspirant orno ornas & ornatus. Fiunt enim ab os oris. Honapis flumen scythie habet aspirationem.

O ante P & R

ANTE. P. nos non aspiramus O quam graeci aspirant quibusdam uocibus: male qui aspirant opis nomen nymphe & opicus. Fuere autem opici Campaniae populi in quibus numerabantur Baiani Cumanii Puteolani Neapolitani. haec namque urbes opicorum dicuntur fuisse. Auligellii ex undecimo noctium acticarum uerba sunt haec Percuntanti cuiquam qui & litterarum & uocum graecarum expertus fuit. Cuius nam liber & qua de causa scriptus esset: nomen quidem scriptoris statim diximus: rem de qua scriptum fuit dicturi hesimus. paulo autem post subdit. Tu ille opicus uerbis meis inchoatis & in conditis adductus. haec gellii uerba aperte declarant. per ea tempora uocem opicus: obprobrii uim habuisse: & in conuiciis in illos dici solitam. qui litteras nescirent: & incultius ineptiusque loquerentur. Idque etiam Iuuenalis uerba indicant: cum ait. opicae castigat amicae: id est quae non latine loqueretur sed opice. Et quid mirum cum ab oscis quae fuere Campanie populi: deductum sit nomen oscenus. Et festus dicat opicum pro osco poni solitum: Et hodie qui uino plus nimio indulserit: eum theutonicum de uicio gentis increpant in clamitant. Prisci quoque uerbum graecari ab eo protulerunt quod graeci liberarius se haberent in conuiuuiis. Multa enim uerba trahuntur a moribus nationum. At ante R aspiramus hortus horti: ut differat a participio & nomine ortus. Dictum autem esse hortum a uerbo ori or quod aspiratione caret: ex eo iudicari potest quod ut grammatici tradunt. Veteres etiam uillas dixerunt hortos quod ibi orirentur qui capere arma possent. ab horto hortensis: hortensius: hortalus. horreo etiam & horror habent aspirationem. Additur enim ipsi uoci ex aspiratione nescio quid quod affectum augeat. Fiunt ab his horresco

Orno. as.
Honapis

Opis
Opici

Nota opicus est
ex gellii sententia
litterarum graecarum
expertus

Festus

Gregor. unde

Hortus

Hortensis
Hortensius
Hortalus
Horror

horridus: horribilis: horrifonus. Itemque hordeum aspirationem habet. non quod fiat ab horreo (quod sunt etiam qui dictum uelint ab oriendi celeritate) sed quod fiat a nomine fordis forda fordam. ac loco fuerit aspiratio posita. Prisci tamen illi dixerunt hordus horda hordum cum aspiratione: cuius loco posteriores posuerunt: atque inde aspiratio in nomine hordeo mansit. Significat autem fordis grauidum ac pregnantem. ut apud Nasonem. forda ferens bos est: fecundaque dicta ferendo. Quod ex eo etiam iudicari potest quod hordeicia dicta sunt ab antiquis sacra in quibus hostie hordae id est pregnantes ymolabantur. hordeum igitur dictum est quasi fordeum id est grauidum ac pregnans. ab hordeo hordecius. hordeia genus piscis. hordearium aes quod equiti pro hordeo pendebatur. hordeonius nomen proprium. Itemque hornus horna hornum. uel ut differat ab arbore orno. uel quod fiat ab eo quod est hoc & annus: ut multis placet. Dixerunt enim hornam frugem quae hoc anno prouenit. horreum quoque habet aspirationem. uel quod fiat ab horreo uerbo quod non probo: uel quod dictum sit a farre. Nam ueteres farreum dixere: mutatisque litteris postea ex farreo factum sit horreum. Sunt qui a graeco duci uelint. Aspiramus etiam horatius non quod fiat ab hora uel ore aut oro uerbo. Nam si fieret ab oro uel ore saltem aspiratione careret: sin ab hora primam produceret quam corripit. habet igitur aspirationem horatius si latinum nomen est: quod ita maioribus placitum sit. Sin graecum est traxit eam a uerbo hora oραo quod significat uideo & aspicio. Inuenio & horius nomen proprium. Fieri etiam posset ut horatius dictus esset ab hora quae graece significat pulchritudinem mutata quantitate primae syllabae: quae graece in nomine hora producta est. hortor & quae ab eo fiunt usu ipso aspirationem habent. Ab eo enim quod est os oris: ortor formatum est. Os autem aspiratione caret: & similiter hortor si naturam originis sequi uelimus. sunt tamen qui putent accepisse aspirationem differentiae causa: ne uideretur esse frequentiuum uerbi orior. Veteres etiam dixerunt oriam nauim piscatoriam. ut Plautus in rudente. Mea opera laborare rete & oria. cui debeat aspirari nec ne affirmare non ausim. Nam si latina uox est aspiratione carebit. Fit enim ab ora orae: Cuius uocis significatio

Hordeum unde

Fordis a. um.
Ouidius

Hordeacia

Hordeia
Hordearium et

Hornus a. um
Horna fruges
Horreum

Horatius. N. p.

Horius

Horror

Oria Namis

unde
aspicere
horror



Ora
Quintilianus
Hormus
Hora
Horologium
Horizon
Horoscopus
Horoscopus
Horns
Horosius
Hormemus
Horontes
Hortes
Orphens
Orestes
Orcades
Hostis
Hostia
Hostio
Hostimentum
Hostium
Hostiarum
Hosticapax
Apuleij error.

manifesta est .ut ora maritima.& ora uestis id est extremitas . Est etiam ora funis quo naues ligantur in portu. ut apud Quintilianum . Oram soluentibus bene precemur . Sin autem fit a uerbo græco opeo oreo quod significat moueo & excito carebit etiam aspiratione . quod si forte deducere eā uolueris ab illa uoce hormos quæ est pars portus. Vnde hodie a nautis dicitur hormizo:aspirationem exigit . Aspiramus autem quæ græca sunt hora quæ partem temporis significat . Et item hora pro dea iuuenta . Nam & ora græce pulchritudinē etiam significat . Vnde horeos adolescēs formosus . Significat item plurali numero quatuor anni tempora Horologium . horizon qui latine dicitur finitor . Est autem circulus quidam speræ . Horoscopus id est ea cæli pars quæ hora qualibet ab inferiori hemisperio surgit ab oriente. nostri astrologi ascēdens appellant. Fiunt autem hæ uoces horizon & horoscopus ab eo quod est horos id est terminus & finis . Significat etiam horoscopus apud ueteres instrumentum quoddam ad horas ostendas. Aspiramus etiam horus nomē proprium & horosius.& hormenus. & horontes fluuius . & horthes oppidum thessaliæ . Orpheus orestes aspiratione carent. Itemq; oreades quæ dictæ sūt ab eo quod est oros oreos id est mons.

O ante S

O cum præcedit S in nullis nostris uocibus aspiramus . quanq̄ uincit eruditorum usus in his que sunt hostis hostia. hostio uerbum hostimentum. hostium hostiarius . Dixere etiam hosticapax id ē hostis captor. hospes hospitium hospitalis hospitor & quæ ab his fiunt . Hostis inquit Apuleius quem iam pudet totiens uocare in iudicium:ideo aspirationem habet ut genitiuus eius pluralis feceratur ab eo quod est ostium in nominatiuo casu. uel q̄ ab hostio uerbo ducatur quod æquo significat:quoniam in hostium conflictu quædam consuerit fieri ordinum æquatio . Concordat enim ut ait in hoc nomine aspirationis signum cum re quæ significatur quod nota aspirationis secundum ueterem scripturam ita formatur quasi biceps gladius inter duas hostiles partes . Ac primum q̄

dem illud:ut fecernatur genitiuus eius pluralis a nominatiuo hostium ineptum sane est . hostis enim eodem tempore quo hostiū accepit aspirationem: idq; seruatum semper esse ne forte dubites . Inspice si uacat uetustos codices: & me minime mentitum inuenies. Nam q̄ hostis fiat a uerbo hostio: fieri id quidem potest. quāq̄ non minus uerisimile est fieri uerbum hostio ab eo quod ē hostis ut uestio a nomine uestis .& hospitor ab hospes .& galeor a galea & gladiator a nomine gladius . Sed licet hostis ab hoc uerbo hostio esset: non tamen ob id aspirationem sibi usurparet . Cum hoc uerbum hostio aspirationem naturalem non habeat : quod probari ab Apuleio oportebat. Illud autem penitus anile quod ait de bicipiti gladio . Ad hæc si hostire æquare est: aut æquum esse: & hostimentum est æquamentum ac beneficii pensatio. Et hostes ut Nonio etiam placere uideo inde dicti q̄ æqua causa pugnam siue bellum ineant . Vel q̄ uerbum hostio idem aliquādo significaret qd̄ ferio & offendo: Qua nam ratione uetustissimi latini peregrinum ab initio hostem appellassent. Quod etiā Cicero & Varro & Plautus affirmare uidentur. Et duodecim tabule indicant: Si enim hostis ab hostiando id est uel ab æquando: uel a feriendo seu offendendo: uel q̄ ex æqua causa pugnam adiret: dictus esset. prisci illi latini peregrinum hostem non dixissent. Non conueniunt hæc secū. Cum qui nunc hostis id est inimicus dicitur: perduellis ab illis diceretur. Et qui ab illis hostis a posterioribus dictus sit peregrinus Ciceronis uerba sunt hæc. Equidem iam illud animaduerto q̄ q̄ proprio nomine perduellis esset: is hostis uocaretur læuitate uerbi rei tristitiam mitigante . Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Indicāt duodecim tabulæ: aut status dies cum hoste. Itemque aduersus hostem æterna auctoritas quid ad hanc mansuetudinem addi potest: eum qui cū bellum geras tam molli nomine appellare. quāq̄ id nomē durius effecit iam uetustas: a peregrino enim iam recessit. & proprie in eo qui arma contra ferat remansit . Varro quoque eadem sentit . ait enim multa uerba aliud nunc ostendunt. aliud ante significabant ut hostis. Nam tum eo uerbo dicebant peregrinum: qui suis legi

Cicero

Varro



bus uteretur nunc dicunt eum:quem tum dicebant perduellem.
 Ex quibus efficitur ut non hostis ab hostio uerbo dicatur. Cum
 hostis non inimicum sed peregrinum significaret apud patres &
 auctores linguæ latinæ .ut autem hostio uerbum aspiratōnem ac
 ceperit:qua discerneret a sexto casu huius nominis hostio. fieri
 id quidem potuit. Sed ut una te absoluam sentētia. omnibus his
 quas posui uocibus aspiratum est usu quodam :quem posteritas
 quasi regulam quandam secuta est .idq; antiqua stemmata & titu
 li indicant monumentorum ac sepulchorum . Nam hospes inde
 dictus q̄ hostium nostrum petat :uel q̄ ore id est osculo adueni
 ens nos petat:ac mutuo petatur:quod magis probō. Hostium ue
 ro inde dictum:q̄ sit os id est ingressus domus. Ab hospite autē
 fit hospitium:& hospitor & hospitalitas . Non desunt tamen qui
 hostium ab hostando dictum uelint. uel a græco οστρυ ostin qđ
 est repellere. quod utrunq; aspiratione caret. Qui ita sentiunt uo
 lunt cum ingressu arcemur aliquo ab obstādo hostium dici cum
 ingredimur aditum ab aduendo. Differunt tamen & alia ratione
 dicimus enim nili fluminis hostia:& tiberina hostia qua mare in
 trant:nō aditus :& facilis est ad regem aditus. non facile hostium
 Et hæc silua nullos habet aditus:non hostia. Et fenestra patefacta
 non hostium sed aditum furibus præbuit. Et murorum ruina mi
 litibus aditum fecit in urbem ingrediendi:non hostium. Et pulsa
 hostium:non pulsa aditum .Itaque aditus ad plura q̄ hostium p
 tinet . Apud græcos ostiarius & ostia habent o sine dasea:nam &
 græce hæc nomina leguntur:quāuis sint latina .Hostis quoq; cū
 a priscis diceretur peregrinus :uidetur uel dictus quasi obistis q̄
 terras obiret . ut ab eo quod est peregre peregrinus dictus .uel q̄
 uero propius est. Hostis id est qui tunc erat peregrinus ab ore di
 ctus . Nam eos qui peregre ueniunt ore id est osculo accipimus.
 Fit autem a uerbo hostio (quod ut dixi ferire significabat) hostia.
 Vel fortasse ab hoc nomine hostis :quoniam id sacrificium ob ui
 ctoriā fiebat: id ē pro uictis hostibus . Vnde etiam lares hostilios
 dixerunt:q̄ hostes ab eis pellerentur. Et hostilius nomen propriū
 & hostilia: & hostius. Et hostia quod fuit uerū nomē eius puellæ

Hospes unde

Hostium unde

Hostia tiberina

Differentia inter
aditum & hostium

Hostis unde dictus

Hostia pro sacri
ficio

Lares hostilij

quam a se amatam propertius cynthiam uocauit. hostoriū quoq;
 ab hostiando id est æquando dictum . Est autē hostorium lignū
 æquatorium id est baculus teres quo in dimentiendo tritico mo
 dii æquantur . Forsitan & hasta ab hostio id est æquo uel ferio di
 cta est mutata littera . Significabat etiam apud ueteres hostire co
 ercere & comprimere. ut apud pacuuium. nisi coercuero proteruita
 tem atq; hostio ferociam . In perueteri urna scriptū sic est. C. osto
 rius italus. C. ostorio anthonio Niconi liberto benemerenti fecit
 Hac in urna ipsi animaduertimus nomen ostorius nullam habere
 aspirationis notam:quæ res satis indicat priscos illos his nomini
 bus principio non aspirasse. Non tamen ignoro q̄ ut ab antiquis
 edus nunc sine aspiratione:nunc fedus cum littera f dictus est. sic
 & ostis & ostia nunc sine aspiratione fuerint ab illis dicta:nunc cū
 littera f. Nam fostem & fostiam dixisse inueniuntur . idq; ex sibi
 norum lingua. & fortasse fostis qui erat peregrinus:a foris ueniret
 dictus est . In græcis autem aspiramus hostius nomen proprium.
 quæ uox significat pius & religiosus. Et hostion similiter homi
 nis proprium . Osiris autem aspiratione caret.& ossa mons.

O ante T & V & X

ANTE .T. & u consonans & x minime nos aspiramus O preter q̄
 in nomine houum:ut aspiratione differat ab ouo ouas ut quibus
 dam placet q̄q̄ differt etiam tempore litteratorū tamen quos ego
 noui.nullus hodie aspirat.& græce ωορ dasian non habet.

De .V:

HIS explicatis ad u transeam:dicamq; quibus in dictionibus aspira
 re ei conueniat .Ac primū quidē de his quæ ante B. nā ante a non
 aspiramus u .habent igit̄ o aspiratū ante u rationabiliter quidem
 q̄q̄ usus quotidie multa immutat . huber :hubertas :hubertinus
 proprium nomen. hubera:exhubero:hubertim:quod ualerius ca
 tullus protulit .Fiunt enim a græco uerbo vw ut quibusdam pla
 cet y psilo in u productū uerso:ac b littera hiatus causa interiecta

Hostorium

Hasta

Hostire

Hostius

Hostio

Osiris

Ossa . M

Houum

Huber

Hubertinus

Hubertim



Huber

Ego tamē opinatus semper sum huber deductum esse ab humeo. ut tuber a tumeo. m. littera in. b. uersa. Loca enim arida infecūda sunt. Contra quæ humecta sunt feracia. & mulierum hubera si humore careant carebunt & lacte. Cogite oua pueri si lac præceperit æstus. Vt nup frustra pressabimus hubera palmis. uidetur Virgilius indicare nobis uoluisse hubera ab humendo dicta: si inquit æstus humorem præceperit atq; arefecerit. frustra hubera quæ omni humore uacua erūt: exprimemus. Tumeo autem de quo dixi licet primam corripit. tubera tamen producant: quod in multis & præsertim ubi fit aliqua litterarū immutatio: usu uenit:

Verg.

Huc

ANTE. C. aspiramus u in hoc aduerbio huc: cui aspiratio naturaliter hæret.

Hudus. a. um.

ANTE. d. uel. f. uel. g. non aspiramus nisi hudus huda hudū quod fit per concisionem a nomine humidus: uel ut quibusdam placet a græco quod paulo ante posui. d. littera interiecta: uel q̄ dicatur hudus quasi sudus: q̄q̄ nomen sudor uelint etiam a græco duci.

Hmi

ANTE. I. autem hui quæ est uox dolētis. cui aspiratio naturaliter hæret quippe qua affectus ille animi apertius significatur. Nā de obliquis casibus huius huic non est particulariter præcipiendum secuntur enim rectum: eodem modo huiusmodi & huiuscemodi

Hululo

ANTE. L. aspiramus hululo hululatus hululatio. hulula nomen auis quibus aspiratio natura hæret. Est enim hululatus tum canū tum luporū: qui sine aspiratōne satis exprimi non poterat. hulula quoq; a cantu suo nomen accepit. hulcus: unde exhulcero traxit aspiratōne a græco. Illi enim helcos dicūt. Habent etiā nō pauca dictiones nræ u aspiratū ante. M. q̄ sunt humor humeo humesco quas tñ uoces placet quibusdā a uerbo græco quod paulo ante posui originem ducere. Itēq; humus humo humas: humarium sacrificii genus. humilis humilitas. Sunt qui uelint humum ex eo dictam q̄ humorem cōtineat. licet nō cōueniant tempore sicuti etiā humanus. Nā seu fiat humanus ab eo quod ē homo ut ego arbitrator: seu ab eo quod ē humus non conuenit cū p̄mitiuo in q̄titate

Hulula Anis

Hulcus unde

Humeo

Himmus

Humanus. a. u.

syllabæ. licet in hoc conueniat cum uerbo humeo: a quo tamē nō ducitur. Mea quidē sententia huic uoci humus aspiratio inest natura. Similiterq; uerbo humeo & aliis uocibus quas commemorauimus. Quin meum quoq; iudicium est humus quo nomine terram poetas appellasse: Varro tradit & humor & humeo latinas dictiones esse. Fit ab humo humatus. nam cum sit humus terra. humatus dicitur terra obrutus. De uoce autem humanus humana humanum sic sctio: q̄ ducatur ab eo quod est homo. cui aspirationē naturalem esse dixi mutata o in u. ueteres enim homanus dixere ac tametsi differant tempore. tamen non omnes deriuatiuæ dictiones secuntur etiam in tempore naturam primitiuarum. uti dixi de tegula & laterna. quæ habent primas syllabas productas licet tego & lateo illas corripiant: idq; in aliis multis usu uenit. Aspiramus etiā humerus quæ latina uox est: nō ducta a græco omos ωμοσ quæ dicitio apud græcos aspiratione caret: habetq; omega id est o productum. Ante alias litteras non aspiramus u preter q̄ in quibusdam barbaris. hungaria hungarus hunus in quo barbaros ipsos sequimur. Apud græcos u non est littera sed diphthongus cōnexa ex o quod dicunt micron id est correptum: & y quod appellant psylon. cui diphthongo aspirant in quibusdam uocibus ut in hac uoce hutos οὐτως Atq; hæc quidem de u dixisse satis sit.

Humerus

Hungaria

LIBER SECVNDVS.

C. Ollegi Marine quāto maiori potui in pluribus ac maximis occupatōnibus studio: dictiones eas q̄ in primarū syllabarū principiis ante uocales aspirationē recipiūt. quarū si aliquæ me fugerūt ut arbitrator: certe fugisse: memoria accusetur priusq; quispiam credat meam illas fugisse cognitionem. Cōcedenda est etiam uenia occupatōnibus meis. Nam multis magnisq; districtis curis: siquando meipsum negociis subtraho quātulūcunq; id est temporis poeticæ philosophiæ



& astrologiæ studiis libentius impartior: tametsi ea totum sibi hominem exigant. atque ad hæc ipsa quasi per diuerticula quædam & de uia digressus perueni. Ad hæc inter assiduos armorum strepitus & concurrentium militum clamores quis locus datus est uoluminibus euoluendis: quin & tu ipse scis sex tantum dies me colligendis his principio impedisse: quæ nunc triennio post rogatu tuo in ordinem redegi. Cum interim omnis mihi uita sit acta. aut in castris aut in peregrinationibus procul non modo a libris: sed a litteratis omnibus. Quamobrem oratos omnes uolo ad quorum manus hæc peruenerint æquos sese ut mihi præbeant. Et si forte aliqua uel imbecillitate mentis: uel occupationum magnitudine pretermissa sunt (nam non pauca prætermissa esse arbitror) ea ut ipsi in locis suis suppleant: subiungantque occupationum mearum patrocinium suscipientes: quibus tum uidebuntur ueniam ipsi dedisse. Cum non reprehensorum sed adiutorum partes susceperint. Reliquum est ut de mediis & ultimis syllabis dicam. quapropter absoluta omnis mea præceptio ad illas quatuor consonantes sese conuertet.

De aspirandis uocalibus in mediis & ultimis syllabis

VOCALIS in mediis dictionibus hoc est inter primas & ultimas syllabas: siue in ipsis ultimis syllabis constitutæ admittunt aspirationem rarius quidem. & aut ratione compositionis id est originis a qua eam trahunt: ut in habito inhæreo inhio exhorreo inhumanus anhelio anhelitus anhelus. in quibus a uertitur in e. Fiunt enim ab halo & halitus. aut quæ naturaliter aspiratio illis inheret ut aha aut hiatus ratione hoc suadente: ut mihi & uehemens. Sed de compositis non uidetur necessarium ut particulariter sigillatimque præcipiam. Cognita enim simplicium natura. de quibus satis multa dixi: facile intelliges exigat necne aspirationem dictio de qua quis

DICTIONES igitur quibus aspiratio naturaliter hæret sunt hæc uidelicet aha uaha oho: p quibus dicimus ah uah oh. Itemque ehu cum duarum est syllabarum. ut apud uirgiliū. Ehu quæ pingui macer

Ah
Vah
Oh
Heu
Virgilij locus

mihi taurus in aruo. Similiter ehem. neque etiam improbauerim si quis huic uoci ohe aspirationem immiscuerit: quauis eue quæ uox græca & bacchantium caret aspiratione. Traho & ueho possunt uideri accepisse aspirationem hac ratione. quæ cum traho & ueho dicerent sabini fuerit fuerit in eam. Oportet meminisse deriuatorum & compositorum qualia sunt retraho contraho subtraho detraho extraho traha: de qua Virgilius Tribulaque traheque & iniquo potestere ratri. Cui & addidit litteram. nam pro eo quæ pluraliter trahere: trahee dixit. Vehiculum de ueho subueho adueho inueho & inuehor deponens a quo dicitur inuectiua. Fuit & ueha genus plaustrum. unde osciuecturam: uehaturam dixerunt. & uehari id est curru uehere. Atque ut credam in uerbis traho & ueho aspirationem positam esse loco non hiatus causa. adducit me quæ uideo hæc uerba meo beo creoleo doleo & similia aspiratione carere. & quæ hiatus ratio haberi tum maxime debet cum eadem uocales concurrunt. ne sonus ipse qui idem est inuicem collidatur: ut in his uerbis reprehendo comprehendo. in quibus fit sæpe concisio: ut cum dicimus deprensus pro deprehensus & comprehendo pro comprehendere. Item cohors uehemens mihi in quibus eadem uocales hiant. Sunt tamen qui putent hanc uocem uehemens traxisse aspirationem ab eo quod est ueho. ut uehemens dictus sit quæ uehatur mente: & si militer cohors quæ milites se inuicem ad pugnam hortentur. quod si est cum uerbum hortor solo usu aspirationem receperit: in nomine cohors aspiratio erit interiecta: aut hiatus causa: aut quæ usus uicerit: ut primitiuo aspiretur. & similiter in uerbo cohortor a quo ut dixi uolunt dictam cohortem. siue autem ducatur ab eo uerbo quod non probo. siue aliunde: certe aspirationem exigit cohors. etiam cum locum gallinarum & anserum significat. ut apud Ouidium. Abstulerat multas illa cohortis aues. Varro uult cohortem uile spatium esse intra maceriem ubi coercentur: id est clausæ teneantur aues altilis. Itaque si a coerendo cohors dicta est. mutata littera e in o habebit aspirationem hiatus causa. Ego quidem arbitror cohortem militum uel dictam esse a similitudine cohortis alitum: quæ potius uidetur inde dicta quæ illic sint simul ortæ quasi coortæ. Unde & altilis dictæ sunt eo quæ illic una alantur.

Ehem
Ohe
Traho
Veho

Verg. locus

Veha
Vehatura
Veharij

Concisio in comprehendo & deprehendo

Cohors
Vehemens

Ouidius

Chors unde



Et propterea a cohorte dicuntur cohortales. uel ab horto quod ē uerisimilius. Nam cum ueteres hortos uicos dicerent q̄ qui arma ferre possent ibi nasceretur: ut supra dixi. inde cohortem dixerūt manum hominum ex eodem uico ad pugnam exeuntium q̄ illi essent eodem horto id est uico geniti. Nam & galli ut est apud cæsarem hoc modo pugnant: quisq; enim pagus per se id est diuisus ab alio pugnam capiebat: & pagus dicebatur. q̄ pagatim pugnant. Conciditur etiam nomen ipsum & pro eo quod ē cohors chors chortis dicitur. ut apud Martialem. pauca chortis aues & houa matrum. quæ dictio aspirationem retinet. ut uetus etiam indicat epigramma. quod extat uenusiæ in templo trinitatis. Cuius uerba sunt hæc. C. optio. T. filio horatio legato. xii. chortis: primus option philargyrus. Tradunt uirgilium in nomine ahenū quod fit ab ere per diuisionem diphthongi interiectione aspiratione: idq; uideri factum uolunt hiatus causa: tametsi non eadem sed diuerse concurrant uocales (tum enim maxime habeda est hiatus ratio: ut dixi: cum eadem uocales concurrunt). Mihi uidetur poeta non tam hiatus ratione habuisse q̄ consuluisse legentibus: ut aspiratione interiecta: declararet diphthongū solutam esse: & ex una duas syllabas factas quod oculis cernerent ante pronuntiandum. Sed licuerit poetæ maximo ut libuerit. a posteris tamen receptū id nō est. quāq; & in hoc & in aliquot etiam græcis nominibus optime cōsultum fuisse: si aspiratio fuisse interiecta. licet ea in græco non esset. Si enim Laertes: danae: pasiphæ: phaethon aspiratione nota fuissent a nostris: haud quāq; multi & patrum nostrorū temporibus: & nostro etiā temporē decepti fuissent: ut quotidie etiam decipiuntur: existimantes hæc nomina diphthongum habere: nec triū ut sunt: sed duarum syllabarum esse. Danae enim quæ græce dicitur danai triū apud illos syllabarum est. nos autem illud I quod apud eos productum est uertimus in e longum. Triū autē syllabarum esse nomen hoc etiam apud latinos docent poetæ. ut Petronius arbiter uxorem ducat danaen. Ipsumq; licebit acrisium iubeat credere q̄ danaen. & horatius: Inclusā danaen turris aenea In hoc enim metro secundum locum tenet dactylus. Ad hæc prima syllaba huius nominis breuis est: quemadmodū etiam illius

Martialis locus

Verg.

Ahenū

Nota triū e syllab

Laertes

Danae

Pasiphæ

Phaeton

Petronius

Horatius

Pulcher
me

32
nominis danaus. Qui igitur duarum faciunt syllabarum fallunt etiam in hoc q̄ priam syllabam productam esse credunt. cum sit correpta. Phaeton quoq; triū esse syllabarū & habere primā correptā etiam apud nos docet uersus ille. Sustinuit genitor si phaetonta merops. Quamuis ex priscis illis poetis. P. uarro phaeton in duas syllabas coegerit & e breuib; duabus unam productā subduxerit. Tum te flagranti deiectū turbine phaeton. Laertes triū esse syllabarum etiam qui græca non norunt: ex Ouidii uersibus posunt cognoscere. Laertesq; senex telemachusq; puer. Sed neq; laertes ut qui sit in utilis annis. Pasiphæ græce quatuor est syllabarū habetq; secundā correptā. In hoc autem recedit hominum ignorantia ut dum a e quæ duæ syllabæ sunt: unam id est diphthongō esse credunt: non quatuor sed trium syllabæ hoc nomen fecerint produxerintq; secundā quæ correpta est ut dixi: Esse autem id nomen quatuor syllabarū. Propertius quoq; in suis elegiis docet. ait enim Vobiscū europe nec proba pasiphæ. quibus in nominibus si aspirationis nota a maioribus nostris inter uocales ipsas posita fuisset. nimirum tam multi in hoc decepti non fuissent. Sed ad alia transeamus. Ahala nomen proprium aspirationem habet. de quo ita sentit Cicero. Quin etiam uerba sepe contrahuntur non usus causa sed aurium. quomodo enim uester axilla: ahala factus est nisi fuga litteræ uastioris. Itaq; ut ex duello bellū: quemadmodū idem auctor tradit. & qui duilius fuerat bellum fecerūt: sic ex axilla ahala contractus est. Interiectam autem fuisse aspirationem ne uox hiaret. ueteres inscriptiones declarant. Isaac habraam Aaron quæ apud iudeos sūt nomina propria apud græcos aspirationem non habent. Sed quoniam latini summo cum studio hiatus uocalium semper uitauerunt: si quis aspirationē interiecerit fortasse nō fuerit reprehendendus. Nam Maharbal quod punicum est in ueteribus codicibus aspiratum inueni. Itemq; phrahates quod est lydium licet græci non aspirent. Vtrum sequi quis uelit non impedit. Ioannes quoq; & Ioacin quæ iudea sunt aspirationem nō habent ante a apud græcos. licet nonnulli e nostris illam adiecerint. Proemium aspirare minime conuenit. Nā græci quorum ea uox est non aspirant. Quāq; propter rationes quas dixi. si quis aspi

Phaeton

Varro

Ouidius

Propertius

Ahala

Cicero

Maharbal

Phrahates

Ioannes

Ioacin

Proemium



Panhormus

Panhormiū

Panhormus

Panhormū

Nihil

Nihilum

Hilum

Mihi

Quintilian

Vnde in nihil

& nihilū - c. fu

erit interfecta

rationem immiserit id efficiet: ne diphthongus oe legētibz esse ui
 deatur. Panhormus & panhormitanus græce non habent dasean
 Græci enim uix aspirāt uocalibus in mediis dictionibus. Nam li
 cet simplicibus uocibus aspirent: tamē cum uocalis quæ in simpli
 ci erat prima: in composito sit media: abiciunt dasean. homines ta
 men nostri temporis aspirant panhormus: & panhormita: & pan
 hormitanus: & recte fortasse. Videtur autem panhormus dicta a
 nauium applicatione quæ undiq; illuc cōueniunt: Est hormos ut
 supra dixi portus pars: inde nautæ dicunt hormizare id est nauē
 ancoris atq; retinaculis instruere: quo secuta sit in portu a repenti
 nis procellis. Aspirandum esse his uocibus satis aperte declarant
 lapidum inscriptiones quæ in ea urbe ab hadriani temporibus in
 hunc usq; diem extant in quibus uisuntur uerba hæc scripta: Rei
 publice panhormii: quæ uox aspirationem illic habet & geminū
 i. Nam & panhormiū dixere & panhormum: & feminino genere
 panhormus. Nihil nihilumq; nō tam hiatus causa aspirationem
 acceperunt q̄ traxerunt ab eo quod est hilum. Est enim nihilū ne
 hilum. Nihil autem fit ab eo quod est nihilū: abiectis ultimis lit
 teris. ut lac ab eo quod erat lacte. Mihi hiatus causa sumpsit aspi
rationem qua naturaliter carebat: Nam ut genitiuus erat mei sine
aspiratione: ita datiuus erat mi: & accusatiuus mee cum duplici e
ut Quintilianus refert. Postea uero hiatus causa id est ne eadem
litteræ concurrerent: interiecta est aspiratio. Quintilianus tamen
 circa tempora catulli: dicit nimium aspirādū ulum erupisse: atq; in
 de durare ut uehementer & comprehendere & mihi aspirationem
 habeant. Sed ut ad nihil & nihilum redeam: patres nostri preter
 omnem rationem c litteram interposuerunt: nichil nichilumq; p
 nuntiantes & scribentes qui abusus unde eruperit non erit alienū
 ab hac præceptione referre. Nam posteaq; Barbari italiam occupa
 uere: cum nostras litteras nequirēt exacte ac more nostro exprime
 re: sed earū sonos inculcarent: aspirationem efferebant horridius q̄
 latinitas postulabat: quæ ubi sequente I crassius sonat in gutture.
 præ nimia crassitudine c litteram quāuis sub obscure uidetur rfer
 re. Germani enim quod notare quotidie possumus: & mauri aspi
 rationē ita coartant & quodāmodo inglomerant in ipsis faucibus

ut non quemadmodū latini græciq; eam efflent: sed uehementius
 obdensent in gutture. hinc effectum est: ut cum barbari id est go
 thi & postea lōgobardi aspirationem in his uocibus raucius effer
 rent: homines eiusdem temporis nequeunt illos imitari nec ipsā
 aspiratōnem adeo coartare ut illi nichil & michi pronūtiarent: qn
 & uechemens dixere. Turcæ & mauri mahomet enuntiant o aspi
 rantes more suo: quorum sonū cū implere ipi nequeamus macho
 met dicimus. Verum ut ad pronomen quod est mihi redeam. Le
 onardus aretinus cū ab Antonio quodam grāmatico cōtempora
 neo suo coargueretur q̄ mihi per ch scripsisset in hanc sententiam
 rescripsit: q̄ haberet eius rei auctores. Dantem: Petrarca: Boccaciū
 & colutium: qui & ipsi ita scripserint: & usus cōmunis idem com
 probaret. Quis enim inquit ita loquitur ut dicat mihi preter in
 eptos quosdam qui ostentare se uolunt antiquarios esse: nec intel
 ligunt ita proferri ab se hanc dictionem mihi: ut iudei & chaldei:
 magis q̄ latini uideantur: Nam illæ quidem nationes sic proferūt
 coincidentiam earundē uocaliū ab imo pectore aspirationem dedu
 cant: nec tam lingua & labiis q̄ gutture loquūtur. Si igit̄ & usus
 hoc habet & doctissimi homines nostræ uel superioris ætatis id
 obseruarunt: cur ipse michi non putem obseruandum: usus nem
 pe magister & dominus est sermonis nostri: & quidem nimium ut
 ita dixerim imperiosus qui non tam ratione & uia q̄ pro arbitrio
 moueatur. Neq; enim cū michi dixerunt antiqui rationem secuti
 sunt sed uolūtatem usus. Nam ratio quidem ut analogia ostēdit
 non michi: sed mihi dicere iubebat: ut enim me te se: sic etiā mihi
 tibi sibi erat dicēdum: quod præpotens usus aspernatus est: credo
 quia ineptum quiddam mihi sonare uidebatur: cū tibi & sibi me
 lius sonent. Usus ergo qui tunc dominus fuit: etiam hodie domi
 nus est: & potest improbare quod tūc probauit: alioquin uariatio
 nulla foret in uerbis: nec essēt mutata tot antiquorum placita. nā
 quid tu magis de hac dictione mihi: q̄ de cōteris pene innumera
 bilibus admiraris: nōne optime dicebant antiqui & pessime? Eo
 demq; modo alia permulta: ut editumus decumus: lubens luben
 ter: & pro pyrrho etiam burrho dicebāt: & pro phrygibus phru
 gibus. Preterea siet dicebant non sit: & posuerunt non posuerūt

Nota

Machomet
Contra Aretinū
Leonardū



Nos uero hæc omnia uariauimus usu iubente. Quin etiam p Ciceronis tempora causam per duo ss: contra uero iussus per unum scribebant. ut Aulus gellius testatur .& marmoreis quibusdam monumentis romæ licet inspicere. Insuper coerauit faciendū dicebant antiqui .nos autem curauit dicimus & faciendum non faciū dum .C. uero litteram quam nos hodie michi interponimus :antiqui locis quibusdam interponebant nulla cogente causa præter sonum: ut sicubi necubi alicubi. Vfus ergo apud illos hoc potuit Cur igitur idem usus apud nos idem non possit: Nichil quoque eodem modo scribo & profero ductus auctoribus & rationibus quas supra dixi. Atq; hæc quidem Leonardus. Contra quem si & ego rationes meas attulerim nemini uideri debet memoriæ eius iuriam a me fieri: ad quod me non uoluntas sed susceptæ materiæ necessitas traxit. Nam ut famæ eius detrahere uelim nõ est uerecūdiæ meæ. an qui uiuentium nemini unq; detraxi detraham leonardo: qui ante quidem mortuus est q̄ ego ad grammaticum fuerim deductus. Ut igitur ad rem ipsam ueniam: neq; a petrarca neque a Dante neq; a Boccacio neq; a colutio auctoritas quærenda erat leonardo: quorū scripta (de his enim quæ latine scripserūt loquor) tam paruam pre se ferunt latinæ linguæ cognitionem: ut non modo parum latine: sed ne grammatice quidem sepe numero loquantur: quod qui non credit eorum libros inspiciat. q̄ autem inquit quis ita loquitur ut dicat mihi præter ineptos quosdam qui ostentare se uolunt antiquarios esse: nec intelligūt ita proferri ab se hæc dictionem mihi: ut iudei & chaldei magis q̄ latini uideantur. Nā illæ quidem nationes sic proferunt coincidentiam earum uocaliū ut ab imo pectore aspiratōnem deducant: nec tam lingua & labiis q̄ gutture loquuntur. Hæ rationes q̄ pace eius liceat dicere indignæ sunt leonardi. Nam si latinæ linguæ instituta repetantur: concessum est nobis latinis: aspirare uocalibus tantum: consonantibus uero non: nisi in græcis & barbaris uocibus: ut supra dictum est. & dicitur inferius: & Cicero docet: confirmatq; Quintilianus. Ergo cum latini uocalibus tantum aspirent. græci autem & barbari etiam consonantibus: uidetur potius iudæus & chaldeus is esse q̄ michi per c pronūtiat aspiratum. Nam qui mihi dicit a latinitate

non recedit: qui mihi: discedit a ueteri & probato latinorum instituto litteræ c non aspirantium: ac nisi græcorum obstaret consuetudo consonantibus aspirantium: uideretur in eo iudæus esse & chaldæus. Cum iudæi & chaldæi consonantibus familiarissime aspirarent: Itaq; si leonardo credatur cum dicimus uehemens comprehendendo aha trahatur uehatur: iudæi erimus & chaldæi: non latini. Iudæus ergo Plantus qui ohe & aha protulit: qui tātū abest quominus dicatur iudæus: ut linguæ latinæ pater habitus sit a ueteribus. Iudæus etiam & chaldæus Virgilius nostrorū poetarū maximus qui dixit. deniq; quid uesper serus uehat. Iudæi tot linguæ latinæ auctores quos mihi pronuntiasse constat & nihil & nihilū Coincidentiam protulit Leonardus quod uerbum nec latinū est nec si latinum esset significaret id quod leonardus putat. Grammatici & alii docti uiri hiatum appellant: aut uocalium congeminationem: utrunq; latine Cicero etiam hiare dicit. Coincidentiā quis doctus unq; dixit: sed ne coincido quidem. Quod si quis pferat puto dicet structum esse: ex con & incido .cuius significatio quæ sit Virgilius docet. Atq; mala uites incidere falce nouellas. quod si sit non significabit coincidentia quod leonardus arbitratus est. Sin fieri uelit ab incido. ut incidit in styllam cupiēs uitare charybdim .nec & coincidentia de uocalibus recte dicitur. neq; enim litteræ incidunt aut feruntur casu. Quid q̄ particula con nūq; præponitur uerbis quæ composita sint ex prepositione in. nemo unquā dixit coinuenio: coinhæreo: coinhabito: coindoleo: coinfero: aut aliud huiusmodi: quæ coinquino dixerint. Nā inquino aut simplex uerbum est: aut si ē compositum minus apparet eius cōpositio. Verbum enim illud ex quo grammatici quidam trahi uoluerūt hoc uerbum inquino: ne temporibus quidem Ciceronis erat in usu. Id autem fuit cunio: dicebant cunire stercus facere. Meum tamen iudicium est maiores illos non coinquinare: sed conquina re dixisse: sicuti conuenire: & conferre: ac temporum ruditate effectum esse. ut pro eo quod erat conquino dictū sit coinquino. Tollerabilius erat si dixisset coincidentiam a uerbo concido quod fit ex con & cado cadis: quāuis neq; hoc usq; quæq; fuisset latine dictum neq; enim cadere dicuntur aut uocales aut consonantes cū eadem

34
familiarissime aspirant
nota modū dicendi

Coincidentiā latinū nõ eē

Cunire

Conquinare

Coinquinare



geminantur. Ad hæc aspiratio uocali preposita non tam crasse sonat latinis pronuntiantibus q̄ chaldeis: nec oportet ut ab imo illā pectore deducamus ut ipse dicit: neq̄ enim aut heiulamus aut suspiramus. cū aspirationē efflamus sed ultimo eā palato linguæ ictu explodimus: neq̄ propterea chaldæi sumus aut iudæi: cū illi suo nos nostro more sic aspiratōne ut qualdā etiā lras proferamus. nā nō omnes nationes eodē modo natura affectæ sunt ad pronūtiandum: Subdit his: Si igit̄ & usus hoc habet & doctissimi homines nræ uel superioris ætatis id obseruarūt: cur ipse mihi nō putē obseruandū? Sic intulit si usus hoc habet & doctissimi homines id obseruarūt: tanq̄ usus id uellet: & doctissimorū hominū cōsensus accessisset. De usu aut̄ atq̄ cōsuetudine loquēdi Quintilianus hoc sentit. Constituendū in primis id ipsū quid sit quod consuetudinē uocemus: quæ si ex eo q̄ plures faciūt nomē accipiat periculo fissimū dabit præceptū: nō orationi modo: sed quod maius ē uitæ. Vnde enim tm̄ boni: ut pluribus q̄ recta sunt placeant? Igitur ut uelli & comā in gradus frangere: & in balneis perpotare quālibet hæc inuaserint ciuitatē: nō erit consuetudo: quia nihil horū caret reprehensione. At lauamur & tondemur & conuiuimus ex cōsuetudine: sic in loquēdo: non si quid uiciose multis infederit pro regula sermonis accipiendū erit. Nam ut transeam quemadmodum uulgo imperiti loquuntur: tota sepe theatra & omnem circi turbā exclamasse barbare scimus. Ego consuetudinem sermonis uocabo consensum eruditorum: sicut uiuendi consensum bonorum. hæc Quintilianus. Non accessisse aut̄ consensum eruditorum manifestum est. Si quidem ut dixi Dantes & petrarca & boccacius & colutius eruditi non fuerunt. quippe cum sepissime labantur etiā in grāmaticis & ipse eos quodam in loco irrideat & contemnit: quos tu mihi dantes quos petrarca nominas. Ante hos etiam aliquot seculis nemo fuit quem litteratum iure possis dicere: quo tempore hic & alii errores passim multi & magni inoleuerūt in lingua latina. Vfus inquit magister & dominus est sermonis nostri. Si hūc quem dicit usum secutus ipse fuisset quem homines sui temporis sequebantur. haud quaq̄ multo q̄ Boccacius & petrarca fuisset elegantior. Quinymo si usum imperite plebeculæ secutus fuisset nō

35
tam michi q̄ mici dixisset. Nam illa ætate: ut hodie galli & hispani: maior italix pars mici dicebat sine aspiratione: idq̄ etiam num̄ i multis durat quo maxime modo euitare poterat: ne iudæus aut chaldæus uideretur. Cum mihi inquit dixerunt ueteres non rationem secuti sunt: sed uoluntatem usus. Mihi quidem uidetur rationem fuisse secuti. Cum fugiendi hiatus gratia aspirationē huic uoci interiecerunt. Nam hiatus uitare in loquendo ratio est: & magna quidem ratio. Cuius studium priscis illis tantum fuit. ut mederga pro me erga diceret d̄ adiecto: & redintegrare: ne uox hiulca esset. unde dicimus redeo prodeo. Quin etiam Plautus ut hiatus hunc fugeret: inter dictiones quidem disiunctas d̄ immisit & sine tedarbitro: pro eo quod est sine te arbitro dixit: Nec uolūtatem usus secuti sunt cum mihi dixerunt: aut usus causa aspirauerunt. sed aurium quarum Cicero inquit iudicium superbissimū est quod quidem latina lingua sic obseruat: nemo ut tam rusticus sit quin uocales nolit coniungere: Vitare igitur concursum & hiatus auctore Cicero nō est propter usum sed propter aures. ne illæ offendantur: quæ si offenduntur: cum in dicendo: uocem finientem in uocali sequatur uox a uocali incipiens: non sine magna ratione: & ut ne offenderentur aures: huic uoci mihi & nihil & uehemens & prehendō in quibus uocales eadem cōcurrunt & hiatus: aspirationem interiecerunt ueteres: idq̄ non usum secuti sed aurium uoluptatem. Ratio inquit ut analogia ostendit non mihi sed mihi dicere iubebat. ut enim me te se sic etiam mihi tibi sibi erat dicendum. quæ hic analogia sit: ego nullo modo intelligo. Cum analogiæ proprium sit referre id quod dubiū est ad aliquod simile de quo nō quærat ut incerta certis probet. Comparat autem extremas maxime syllabas: ut species speciei speciem: facies faciei faciem: tegetes tegetis tegetem: seges segetis segetem. Gaudiū gaudii gaudio. studium studii studio. Tu tui tibi: & si inueniretur sui sibi. Ego autem & tu quam similitudinem habeat ignoro. In nominatiuo enim ego nulla omnino est littera earum quæ sunt i nominatiuo tu. Alterumq̄ habet rectum casum monosyllabum. Alterum duarum syllabarum. Non igitur q̄ sonarent melius tibi & sibi q̄ mihi usus aspernatus est: ut Leonardus dicit: nec analogia

Mederga
Redintegrare
Plauti locus



id est proportio id exigebat ut mihi diceretur. Casus autē hi mei uel mis mihi non dicuntur a recto in quibus latini uel græcos imitati sunt: uel sic a principio locuti. Vfus ergo inquit qui tunc dominus fuit: etiam hodie dominus est: eodem reuoluimur. Vfus ē doctorum hominum cōsensus. Sed postq̄ usus præpotens est ut ipse inquit & potest improbare quod tunc probauit. Cur ipse relicto usu sui temporis conatus est imitari ueteres scriptores. Illi dicunt hoc accedet mihi ad gratiā: cur ipse relicto hoc uerbo gratiā non dixit accedet mihi ad complacentiam. quæ dictio sic adducta est in consuetudinem ut uix aliud uerbum sit usitatus. Sunt & mille huiusmodi: puto propterea non dixit complacentiam: quia nec apud Ciceronem: nec apud quempiā latinorū scriptorū id uerbum inuenit: q̄q̄ uulgo usitatum esset suo tempore. Non est igit̄ uerū q̄ usus possit omnia: nisi cū eruditis uiris quippiā placuerit. Sed qui in aliis usum hominū sue ætatis contempsit: aut nō secutus est in multis. cur in hoc uno probauit adeo ut digladiari pro eo uoluerit: qd̄ nec Carolus nec uarinus nec ambrosius nec philelphus: nec Antonius panhormita eruditi omnes uiri & eius æquales unq̄ probauerunt. Nonne inquit optime dicebant antiqui & pessime. Aliud ē mutare litteras aliud adicere. Sed nulla sit i hoc cōtentio: transeamus ad reliqua. C. uero litterā quam nos inquit hodie mihi interponimus. antiqui locis quibusdā interponebant nulla cogēte causa preter sonū: ut sicubi necubi. An quæso parua causa est sono consulere: sed alia quoq̄ illos mouit causa q̄ illæ dictiones sicubi necubi alicubi: si absq̄ c scribantur uideri possūt nō esse iūctæ sed sepatæ: addita fuit igit̄ lra c ut q̄si uinculū quoddā eas necleret & colligaret. Nihil inquit eodē modo scribo & profero ductus auctoribus & rationibus quas supra dixi. Sic cōcludit tanq̄ magnis se nixū auctoribus: ac ueris adductū rationibus id facere ostēdisset. q̄ ueræ aut fuerint eius rationes illud declarat. q̄ nemo eū non modo e doctorū numero: sed ne e scholasticorū turba: aut tunc secutus ē: aut hodie sequitur. Hæc habui aduersus Leonardī opinionē q̄ necessario dicerem. plura afferre destiti: ne uiderer subtilior copiosiorq̄ q̄ oportebat in rebus præsertim minimis. Dicit hic aliq̄ cur cū fere ab omnibus michi & nichil pronuntiet̄

Varinus

nō eodē modo etiā scribatur? Ratio hæc est: q̄ nō semp ut loquimur sic scribimus: pronuntiamus Amurcā & caietā & cneū & curculationē: sic ut quæ in scribendo est lra c sit g in pronūtiando. Pronuntiamus opsidem & opsequiū: & q̄q̄ nūc scribimus b cōtra maiorū instituta: in pronuntiendo tamē nō b sed p sonat. Igit̄ cum usus eruditorūq̄ fere cōsensus in his uocibus mihi nihil nihilūq̄ c aspiratū pronuntiet: in scribendo uero c abiciat & aspirationē tātum retineat: censeo hoc seruandū esse ut absq̄ c scribat̄ semper: q̄ uis a multis pronuntietur cum c: malim tamē absq̄ illo si fieri possit ut paulatim ad rectam latinamq̄ pronuntiationem redeamus: quod ego libenter facio. Quod si non dabitur impetrare: ut Cicero de se dicit: Vsum loquendi populo concedamus: scientiam nobis referuemus: ut si in loquēdo a uera latinitate deflexerimus nō deflectamus etiā scribendo.

ERAT uerecundie meæ quod ipse confiteor aduersus hanc Leonardī opinionē nihil omnino dicere: contentusq̄ esse poterā illa præcepisse quæ ratio postulabat. quod profecto fecissem: ni me metus quidā inuasisset: ne si & mihi & nihil absq̄ c ptulero: ut maiores nostri fecerunt & ego libenter obseruo: iudæus aut chaldæus Leonardī conuincar sententia. Frustraq̄ tot annis cōtulerim faciendis uersibus: in quibus multo q̄ in oratione soluta exquisitius subtilius atq̄ cautius litterarū soni attendendi sunt: & earum contētui consulendum.

De littera C

LITTERAE. C. apud nos adeo tenuis atq̄ exilis sonus est ut ea aspirata uocaliq̄ iuncta uix sonet crassius q̄ apud græcos cappa. qd̄ elementum idē est quod apud nos c. hanc lram in latinis dictionibus aspirationē nō habere superius a me dictū ē. quanq̄ aliquot dictionibus usus aliq̄n aspirarit: nā si uetustos codices inspexeris: fere i omnibus pulchrum: sepulchrum: lachrimor aspirata inuenies. Catulli enim ueronensis ac Ciceronis temporibus erupit abusus quidam aspirandi. Nam & præchonem & chenturionem & chenturiam: & choronam quidam malebant. Cuius enim rei etiam

No semper ut loquimur sic scribimus

Pulchrum
Sepulchrū
Lachrimor
Chenturio
Precho
Chenturia
Chorona



Epigramma Catulli
imperfectum

Cicero

Pulchros
Cethegos
Thriumphos
Chartago

Arcere

Agnum

Arcitectum

Cere

Cere nome oppi
di

Arcippus
Arcippe

Etellius

meminit Quintilianus: idque damnasse Catullum suo quodam epigrammate tradit: quod & si integrum apud nos hodie non extat ex uno tamen atque altero illius uersiculo facile potest intelligi: Reprehenditur enim quidam qui chommoda dicebat: si quando comoda uellet dicere: & insidias acrius hinc insidias: & de eodem: & tum mirifice sperabat se esse locutum: cum quantum poterat dixerat hinc insidias. Vides igitur quosdam contra omnem rationem uoluisse comodum cum aspiratione pronuntiare: nec non & hinc insidias & hinc ionium: ut hic idem poeta eodem irridet epigrammate. Ionios fluctus postquam illuc appulit ipse: non iam ionios esse sed hionios. Ciceronis etiam uerba sunt haec. Quin ego ipse cum scirem ita maiores locutos esse: ut nunquam nisi in uocali aspiratione uterentur. loquebar sic ut pulchros & cethegos thriumphos & chartaginem aliquando: idque sero conuicio aurium. cum extorta mihi ueritas esset: usum loquendi populo concessi: scientiam mihi referuauit: tamen & mathones: chepiones: sepulchra: choronas: lachrimas dici mus: quia per aurium iudicium semper licet. Veteres autem latinos tantum uocalibus ac parcissime quidem aspirasse: Illud etiam docet quod e dictionibus quas a graecis accepissent: detrahebant illam. hinc est quod hodie quoque & arcere & agnum sine aspiratione scribimus. Festus enim uult uerbum arceo duci a graeco ἀρχη archi coercedi. Namque potestatem penes illos esse qui in magistratu constituti sint. Agnum autem dici quod pura esset hostia. Est enim ἀγρος hagnos purus. Quid quod arcitectum sine aspiratione protulerunt, & cere uerbum salutandi. unde & cere nomen oppidi. Et arcippus & arcippe que fuit urbs marforum lacu fucino postea absorpta ea scilicet ratione: quod ut idem festus ait. Antiquis nostris frequens mos fuerit illam demere. Sed ut ad rem redeam. Nullam ego rationem esse uideo cur hodie c sublequente r aspiremus in his nominibus ac lacrimor simulacrum pulcrum & sepulcrum aspiratione notemus. Quam nec me latet gellium asseuerare ueteres id fecisse studio & exemplo linguae acticae: cuius uerba sunt haec. In secundo noctium actiarum. h. lram siue illam spiritum magis quam lram dici oportet: inserebant eam ueteres nostri plerisque uocibus uerborum firmatis roboratisque: ut eorum sonus esset uiridior uegetiorque. atque id uidentur fecisse studio & exemplo linguae actice

Satis enim notum est acticos hictlyn piscem: hamaxan currum: & multa itidem alia circa morem gentium graeciae ceterarum inspirantis primae litterae dixisse sic lachrimas sic sepulchrum sic ahenum sic uehemens sic incohare sic helluari sic hallucinari sic honustum dixerunt. In his enim uerbis omnibus litterae seu spiritus istius nulla ratio uisa est nisi ut firmitas & uigor uocis quasi quibusdam neruis additis intenderetur. haec gellius. Sunt tamen qui opinentur lacrimas a graeco duci quod minime uerum est. Sunt enim lacrimae dictae quasi lacerime. ex animi enim laceratione lacrimae ciuntur. quod Iuuenalis innuit cum ait. mollissima corda humano generi dare se natura fateatur: quae lacrimas dedit. Subdit etiam. naturae imperio gemimus. Ciceronis etiam & gellii uerba quae a me posita sunt declarant hanc uocem latinam esse non graecam: ut quidam arbitrati sunt. Est autem simulacrum dictum a simulando: sepulcrum a sepeliendo: quemadmodum ab inuoluendo inuolocrum. & a lauando lauacrum. Nam quod sepulcrum sit compositum ex se particula & nomine pulcrum parum mihi placet pulcrum enim quod polcrum ueteres dixerunt: dicitur a pollendo id est quod polleat forma. qui magis igitur in his quam in lauacro & inuolucro aspiratione utemur: uicit tamen usus cui uix repugnari potest: ut pulcher in primo & quinto casu cum aspiratione & pronuntiemus & scribamus. Ex aliis quas dixi uocibus fere doctorum consensu abiecta est aspiratio. natura autem non inesse eam huic nomini pulcher docet hoc satis potest: quod diminutiuum eius absque aspiratione est pulcellus pulcella pulcellum. Rationabiliter enim ut alacer & uolucer: sic & pulcer dicere debemus: quod Antonium panhormitam dicere semper aduertit. omnisque uetus schola idem sensit: Sed quid agas: accessit consensus doctorum hominum cui difficile est non assentiri: quemadmodum autem ab eo quod est uolo uolas fit uolucer: quod quidem aspiratione caret: ita a pollendo pulcer quod forma polleat. Vidi & in quibusdam inscriptionibus nomen pulcher cum aspiratione scriptum ex abusu illo ciceroniani temporis: quauis latinae linguae regula minime id tolleret: & tam ueterum latinorum quam patrum auorumque nostrorum temporibus huic uoci minime fuerit aspiratum ut dixi. In sepulcro autem simulacro & lacrimis aspirationem minime scribemus quoniam usus ipse non obtinuit ut sicut in nomine pulcher aspi

Hictlyn
Hamaxa

Lacrimae non a
graeco ductae

Lacrima unde

Iuuenalis locum

Simulacrum unde

Sepulcrum unde

Inuolocrum unde

Lauacrum unde

Pulcrum unde

Pulcher. cum
aspiratione.



Cartago

rationem proferamus: nec necessitas ulla nos cogat ut ea cum aspi-
ratione scribamus. E corona autem cepione centurione & præco-
ne iam pridem eiecta est aspiratio. Nam corona ut grammatici di-
cunt aspiratione caret: siue a choro dicta sit: siue q̄ honoret eū cui
imposita est. Cartago & cartaginenſis: quoniam græci non aspirat
primæ litteræ: nec nos quidem aspirare debemus: præsertim cum
apud nos nemo doctus aspiret. & latina regula aspirationi repug-
net. Hæc littera ut dixi apud græcos habet propriā figurā cum as-
pirata est que chi dicitur: ea nonnūq̄ in s uertitur ut cum ex cheta
setam fecerunt. nonnūq̄ in g ut in hoc nomine galbanus. cuius p̄-
ma littera apud græcos est chi: aliquando etiam abicitur. ut cum
pro chlena quod est genus uestis lena dicitur: ut apud Iuuenalem
Non audent homines pertusa dicere lena. Sed iā ad uoces ipsas
ueniamus in quibus litteræ c aspirare oportet.

Ch ante A

IN principiis igitur dictōnum quas a græcis accepimus: recipit aspi-
rationem C ante omnes uocales. Et ut primum de his dicam que
ante A eam exigunt, aspirare conuenit. Chaos chaon: a quo chao-
nia pars epiri olim sic dicta. Chabrias proprium ducis athenien-
sis Chalcis: chalcidensis: chalcidicus: Chalcedonia urbs asiæ. uoca-
ta est etiam pallas chalcidonia, cuius nobilissimum templum fuisse
traditur in agro lacedæmonio. Chalcis auis. chalcidius nomē
proprium. Vidi & nomen propriū calchedonius habere aspiratio-
nem post c in secunda syllaba: nō in prima. Est autem monumen-
tū Salerni his uerbis. C. Lucio calchedonio. Chalestra urbs thessa-
liæ. chalinus nomen proprium significat autem frenum. Calinus
qui fuit statuarius caret aspiratione. chalybs genus æris: & chaly-
bes populi. Vnde chalybs. Chalaius apuliæ fluuius. chalazias la-
pis. Chaldæa regio quædā habet diphthongum æ. Calendæ sunt
absq̄ aspiratione. Fiūt enim a uerbo calo id est cōuoco. Chamæle-
on animal & genus herbæ. habet diphthogon æ in secūda. Sūt qui
falso putent nō habere aspiratōnem chananæus ab oppido iudeæ
habet eādē diphthogū in penultima. chamæcyssos genus hederæ:

Chaon
Chaos
Chaonia
Chabrias
Chalcis
Chalcedonia
Chalcis. Amis
Calchedonius
Chalestra
Chalinus
Chalmis. n. p.
Chalybs
Chalybes
Chalainis
Chalazias
Chaldea. Regio
Calende
Chameleo
Chananæus
Chamecyssos

q̄ humiliter serpat: habet diphthongum æ & ypsilon. Character
characterismos id est designatio: Charandæi populi iuxta pontū.
Charites qual latine gratias uocamus quæ sunt aglæa thalia & eu-
phrosyne. Charydemus: chariaphas: charilaus: charinus. Carus ca-
ra carum aspiratione caret: ut antiquæ inscriptiones ostēdunt. Est
enim aut latinum nomen: aut licet a græco charis ductum sit aspi-
rationem non retinuit: cum eo tempore acceptum fuerit a latinis
quo uocalibus tantum aspirabant. Ego multis in sepulchris uidi
scriptum nomen carissimus non c littera sed K: quod probat græ-
cum esse nomen. Fortasse ductum est a cara quæ dictio græce est
caput: quid enim capite carius ut sit carus quasi capitalis id ē eius
pretii cuius est caput. Charta: chartilago: charybdis: charmilus.
charon: charmandrus: charopes: & charopus: charondas: chalcon.
charaxes scamandronimi filius: saphus frater. charopœus quē fuis-
se tradunt nereii patrem exigit diphthongon œ ante ultimā syllabā
Charismus. Charmosyna nomen proprium: genus serici charmo-
synum nunc dicitur. ex eo uidelicet q̄ aspicientes delectet. Est enī
charma gaudiū & uoluptas. Chasma hiatus & uorago neutri ge-
neris. At carcinus morbus quem latine cancrum dici puto: & ca-
lypso. & caunus byblis frater aspirationē non habent. Itemq̄ Car-
melus & Carmelion mons.

Ch ante E

ANTE. E. quoque utimur C aspiratō in his Schedius proprium
hominis. Schedia genus nauigii quod ex trabibus tantum inter
se nexis factum erat. Vnde & mala poemata uolunt schedia fuisse
appellata. Chelys: chelæ. Sunt autem chelæ signum celeste. chelas
enim scorpii brachia dicimus. Schema figura: Prisci latini absque
aspiratione pronuntiabant. Vnde uetusti codices Plautini habēt
scriptum cum seruili scema: sine aspiratione id est habitu. Schesis
orationis figura quædam. Chelidon irundo. Chelidonia herba
chelonophagi populi dicti a uescendis testudinibus. cherronesus
cherfonesus peninsula: chersidamas nomē propriū. chessydros ge-
nus serpētis habet ypsilon: chære uerbum salutādi. chærea. chære-
stratus: chærephon: chærecrates: chæronea oppidū in quibus æ

Character
Charandæi
Charites
Charydemus
Chariaphas
Charilaus
Charinus
Carus. a. u.

Charta
Chartilago
Charybdis
Charaxes
Charopœus
Charmosyna
Charmosyni
Chasma

Carcinus
Calypso
Caunus
Schedius
Schedia
Chelys
Chelys
Schema
Scema

Planti locu
Chelidonia
Chelonophag
Cherronesus
Cherronesus
Chersydros
Chere
Chærea
Chærestratus

Chemnis
Cheopses
Choemix
Choemica
Schoenobates
Chephre

Chidnei .p.
Chidorus
Chione
Chilo
Cilones
Chiharchi
Chimera
Cimmerius

Cimmerij itahg
pop
Cimmeriu opp
Chironomia
Chir .i. Manus
Chirotecma
Chiragra
Chirodita
Chirurgus
Chirographu
Chromantia
Chrade
Chiron

diphthongus scribitur. Chemnis egypti rex: Cheopses etiam egypti rex qui celeberrimam illam pyramidem struxit: habuitq; in ea tam multa hominum milia: opus illic tot annis facientium: ut p apio: cepta: hallio expensa fuerint mille & sexingeta talenta. Choenix & choenica genus mensurae oe diphthongon habet. Similiter schoenobates: graece σχοϊπιον schoinion funiculus. unde schoenobates artifex ludendi in funiculo. Chephren egypti rex.

Ch ante I

IN QVIBVS autem utimur C aspirato ante .I. nomina sunt haec Chidnai populi iuxta potu. Chidorus macedoniae fluuius. Chione. chilon unus e septem sapientibus: dicunt graeci chilon labiu per ei diphthongon scribentes: unde chilonos cognominati sunt a magnitudine labioru. Cilones uero sine aspiratione dicti fuerunt illi quorum frons erat eminentior. Chilia mille. unde chiliarchus qui mille praest militibus id est tribunus. Chimera monstrum cuius pma corripitur: & habet ae diphthogu in media. estq; chimera latine capella: chimera mons lyciae. Significat graece cheimeri nos per ei: idem quod hiemalis. At Cimmerius non habet aspirationem geminatq; litteram. m. Cimmerii autem frigidibus occupatas terras incoluerunt. quod declaras tibullus ait. cum de ulyse loqueretur. Cimmerion etiam obscuras accessit ad arces. Quis nuq; candete dies apparuit ortu. Seu supra terras phoebus seu curreret infra. Inter baias etiam & Cumas conuallis fuisse dicitur quae cum esset satis edito iugo clausa: neque matutino neq; uespertino tempore radiis solis contingeretur. hanc regionem qui incoluerunt uocati sunt etiam Cimmerii. Vnde & apud eundem poetam legimus Cimmerios lacus id est auernales. Fuit enim Cimmeriu oppidum finitimum auerno lacui. cuius ueteres scriptores meminerunt. Chironomia id est lex gestus. ut quintilianus asserit & manuum motus. Vnde chironomantem dixerunt. Est enim graece chir per ei manus. unde chirotechnia & chiragra morbus. & chiroidita uestis Chirurgus & chirurgicus chirographu quoq; & chiromantia diuinationis species. Chirade insula iapigie. Chiron habet aspirationem

fuit centaurus & achillis magister. Chytrapos tripes in quo collocatur ad ignem olla habet ypsilon. Schisma scissura dissensio. Chius insula cuius prima graece corripitur cum prima possessiui: chius chia chium producat: ut unum chium & populus chius. horatius. Quid tibi uisa chios bullati notaq; lesbos. uides primitiuum habere primam breuem quam possessiuum habet pducta. ut apud tibullum. Vos modo fumosos ueteris proferte phalernos. Cosulibus & chio soluite uincla cado. Cylyndrus aspiratione caret & habet ypsilon est lapis dictus a uerbo cylyo id est uoluo. de quo uirgilius. Area q; primum ingentiq; aquanda cylyndro. Et uertenda manu & creta solidanda tenaci.

Ch ante O

ANTE .O. aspiramus C i his choaspes fluuius: cholera: cholericus Est enim chole fel & bilis: cholos ira. Schola: scholasticus. chorus chorales: chorea: choralistia: choriambus pes metricus. chorda chora oppidum. chorasmius nomen proprium. & chorasmii asiae populi. Male qui aspirant corymbus: corylus: corydon: coryphas corybantes costum. Cous ab insula co. coras quod est proprium rhetoris: quae omnia aspiratione carent. Itaq; collybus genus monetae. & colossus. Colus: colurus: colax nomen parafiti ab assentando. est enim colaceuo adolor. Cholas tamen choladis aspirationem habet pro eo quod significat uiscera & intestina apud graecos.

Ch ante V

ANTE .V. dictiones nullas habemus in quibus C aspiremus ad primas syllabas. nam Curetes non aspiramus.

Ch ante A in mediis & ultimis syllabis

MEDIAE quoq; & ultimae syllabae in quibusdam dictionibus habent C aspiratum ante A quae sunt Michael. Achaia pars peloponnesi achaicus. Ichaira quae fuit leucippi filia. haec eiusq; soror phoebe ab ida & linceo apharei filiis amatae dicuntur: eas cum leucippus

Chytrapos
Schisma
Chius
Horatius
Tibullus
Cylyndrus

Choaspes
Cholera
Chole
Cholos. ira.
Schola
Chorus
Chorales
Chorea
Choralistia
Choriambus
Chorda
Chora
Chorasmii
Cholas
Michael
Achaia
Ichaira



Aphareus & tyndareus
fratres

Machaon

Orchades

Orchades oliuæ genus

Orchys

Oechalia

Oechalium fl.

Bacchanalia

Archander

Lachana

Orichalcum

Bochanos

Turce Aru.

Leochares

Epicharida

Anacharsis

Ancharius

Acharne

Acarmania

Mechanicus

Zacharias

Pirricha

Concha

pascha

Moecha

Masticha

Trabacha

Nota Auctore hunc libentius turcas eos nominasse qui nunc a pluribus
& fere ab omnibus turci nuncupantur. Quod & alibi etiam fecit.

Bomilchar

Rachab

Achaz

pater idæ ac linco spondisset nuptiarum die castor ac pollux
rapere conati sunt. Nam & hi uocati ad nuptias uenerant. Etenim
aphareus ac tyndareus fratres erāt: quæ res pugnam inter illos cō
citauit. Machaon esculapii filius quem cū podalirio fratre agame
nona secutum philoctetæ uulnus sanasse proditum est: de quo a
pud propertium. Tarda philoctetæ sanauit crura machaon. Or
chades insulæ oceanī: & oliuæ genus. Vnde apud virgiliū. Orcha
des & radii & amara pauis bacca. Sunt autem dictæ a testiculo cu
ius similitudinē habeant. Est enim orchys testiculus. Ischagoras
panchaia. unde panchaicus. Oechalia de qua Ouidius. Gratulor
oechaliam titulis accedere nostris. Oechalium fluuius. Bacchanalia
Archander proprium hominis fuit focer danai. Lachana numeri
pluralis comprehendit omne genus holeris. Orichalcum genus
metalli. Bochanos turcarum dux temporibus Iustiniani. Leocha
res nomen sculptoris. Epicharmus poetæ. Epicharida genus nauī
culæ. Anacharsis nomen philosophi. Ancharius nomen propriū
quod uetus testatur epigramma. D. M. Marcia Marcianæ ancha
rii. Proculus & proculianus matri sanctissimæ. Acharne maximū
olim atticæ oppidum. At acarnania aspirationem non habet. quā
habent hæc. Mechanicus: Zacharias: canchasmos risus solutus.
Achatus proprium cuius media breuis est. Achates æneæ comes
Pirricha genus ludi. Tetrarcha: monarcha: poliarcha: patriarcha.
Concha calchas: apocha: pascha: Drachma: quidam loco ch g scri
bunt. Masticha genus gummi. Moecha adultera: Trabacha africe
fluuius. Carucha uehiculum. Tycha nympa. Proseucha domus
mendicantium: est græce proseuche obsecratio. Bomilchar nomē
punicum. Rachab & achaz hebreæ nomina.

Ch ante E

VTIMVR etiam C aspirato ante E in his achæus in quo scribēda
est dipthōgus æ. Spercheides a sperchio flumine. Echeleus: eche
crates: Archedicus. Archedice filia hippia atheniensis tyrāni quæ
a nobis dicitur Cartago. Græce dicitur carchedon καρχεδων.
Archegetus apollo cuius templum celeberrimū fuisse ante naxon

Siciliæ oppidū memoriæ proditum est. eq; eius ara qui nauigatu
ri essent: oracula solitos petere. Archelaus. Achelous eperi fluuius
Vnde acheloius & acheloides. Enceladus unus e gigātibus aspira
tione caret. Rhachel iudæū nomen. Archemolus proprium uiri.
& archemorus in cuius honorē celebrabantur ludi nemei. Apud
nemeen autē dicitur hercules leonem occidisse. Fit autē a nemeē ne
meeus sicuti a tegee tegeus: quæ uoces habent geminum e quod
ideo notare hic uolui q; multi dum putant habere unum tantū e
errant in quātitate syllabæ. Fieri autem ab eo quod est tegee tege
eus Propertius declarat cum ait. Ergo musarū & sileni patris ima
go fictilis Et calami pan tegee tui, qui uocatiuus cum habeat tri
plex e declarat nominatiuum habere duplex e. Similiter apud uir
gilium i primo georgicorū. Assis o tegee fauēs. uocatiuus ille tri
plex habet e In quo grammatici quidam falluntur arbitrati uoca
tiuum illum nō quatuor sed triū esse syllabarū. quin etiam in hoc
peccant q; primā producūt syllabā cum sit breuis. Nemeē habet p
mam breuem. ut apud uirgiliū. Vastum nemeē sub rupe leonem
Et similiter apud alios poetas: eius possessiuum primā quoq; cor
ripit. ut apud Nasonem. nempe sub his etiā pestis nemeea lacertis
Si quis hoc possessiuum trisyllabū fecerit: errabit in quātitate pri
mæ syllabæ. Echepolus nomen propriū. Echémon unus ex pri
mi filiis. Machæra genus gladii a quo machærifori gens thraciæ
habet etiam machæra dipthongū æ. Epicherema sylogismus quo
utuntur maxime oratores. Acheron fluuius infernus dictus a tri
sticia. Acheo enim doleo & angor significat. Est & acheron fluui
us thesprotidis. Acherusia palus. Acherras proprium hominis.
Acherontia oppidum apulicæ. unde acherontinus. Echenes prop
um uiri: pheacis. Arcesilias uero & arcesilaus aspiratione carent.
Archetypus. Archetimus & omnia q; sunt ab eo quod est archon
aspirationē exigūt. Ochesius cuius filius periphas a marte occisus
dicitur. Onchestius auus hippomanes. Carchesi poculi genus &
pars mali naualis. Orchestra locus in teatro e quo spectabāt no
biles: quod significat Iuuenalis cū ait. Inter orchestram & populū
Vitruuius quoq; de eadem ait. In orchestra autē senatorum sunt se
dibus loca designata: & eius pulpiti sit ne plus quāq; pedū. Græci

Archelaus

Achelous

Enceladus

Rhachel

Archemolus

Nemeē

Tegee

Propertius

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.

Verg.



Orchestra vñ

Onchestus

Eufichens

Sicheus

Trochæus

Manichens

Mardocheus

Lachens

Lachesus

Pachens

Tarchetius

Astyoche

Synedoche

Psyche

Andromache

Anchialus

Bacchiade

Malachias

Dicearchia

Hyperochides

Eutyrides

Leogyrides

Simichida

Brachium

Dyrachium

Dulichium

Hemistichium

Stichium

Enstichium

Antiphona

ducunt hoc nomē a uerbo ὄρχουμαι orchumae quod significat salto. Sūt tñ qui opinentur orchestrā dictā ab urgendo ut orcus & urceus q̄ urgeat id est capiat spectatores: quod si est aspiratōne carebit . mea sententia orchestrā a græcis mutuati sumus . Onchestus locus ī quo neptūni templum fuisse homerus refert . Euficheus nomen propriū . Extat epigramma his uerbis scriptum . M . Au relius euficheus . Sera uicelia rufen . hanc sedem uiui sibi posuerūt Vno animo laborantes sine iuliano filiolo . Sicheus qui sua lingua erat scharbas . trochæus pes metricus: recipitq̄ diphthongum ae . similiter manichæus: unde manichæorū secta: & mardocheus . Laches: lachesis: paches: tarchetius nomina propria . Astyoche nympa e qua dicūt poete herculem suscepisse clepolemū qui fuit dux rhodiorū qui ad troiā profecti sunt ex eademq̄ martem suscepisse ascalaphum & ialmenū: Synedoche psyche . Andromache uxor hectoris: Nam quæ persei uxor fuit: ea andromede dicta est . Ferunt enim casiepeā eius matrē elatam formæ raritate: præposuisse se ne reidibus quod ægre ferēs neptunus cetū immisit qui oram omnē æthiopiæ uastaret . Quā tantā calamitatē ut auerteret cepheus & neptuni iram læniret: andromedā filiā catænis ad scopulū alligatā ceto deuorandā exposuit: quæ aduentu persei liberata est: & ī matrimonium ab illo ducta . Vnde apud propriū . Non hic andromedæ resonant pro matre catenæ . Filia enim pro matris crimine in piaculū expostulata oraculo fuerat: que postea in celū translata est & in stellas uersa .

Ch ante I

ANTE: I. etiā aspiramus c in his anchialus nomē oppidi: & itē uiri Bacchiade qui e corintho in Siciliam exules p̄fecti sunt . Malachias uiri propriū: & dicearchia oppidū Campaniæ dictū a cultu & p̄cipatu iusticiæ . Posteriores puteolos appellauerūt . hyperiochides uiri propriū: & eutyrides & leutyrides: Simichida nomen pastoris: brachiū dyrachiū urbs ante epidamnus dicta . Dulichiū ulyssis insula: unde dulichius . Hemistichiū dimidius uersus . Stichius nomē propriū: Eustochiū . Antiochia: antiochius: archiater archidamus: archimedes: archiepiscopus: archigenes: archigallus .

Archidamus

Archimedes

Archiepiscopus

Archigenes

Archigallus

Anchialus

Anchilia nomen oppidi . Bacchylides nomen poete habet ypsilō . Fuit aut̄ chius ac de cognatōne Simonidæ poete lyrici & ipse qui dē lyricus eschines . Elchylus habet ypsilon & cōchylia ut multis placet . Archippus hoc nomen uetustissimi sine aspiratione protulerunt ut dixi . Archimagirus cocorū p̄fectus seu coquinæ magister . Archipolemus auriga hectoris . Oligarchia principatus paucorum . Monarchia unius . Polyarchia multorū . Tetrarchia: archias . Fiunt enim ab eo quod est archi echius echion & echionides . Pyrrithius pes metricus . Bachius & palimbachus pedes metrici . Ambracia oppidū aspiratione caret quā habet entelechia aristotolica definitio animæ . Et aristolochia herba: & Oetychius faber a quo aiacis clypeus contextus dicitur: & milichius iupiter id ē mitis & suauis . cui athenienses ante urbem faciebant dialia . Sperchios thessaliæ fluuius . Trochilos auis quæ dicitur pasti in ore crocodilli sanguifugas deuorans . achilles: achilleides: echinus: echidna uipera quæ uox habet d in græco quam nōnulli uertant in n Telchines populi quos traditū est oculorū obtutu cōuertisse uisa in quod uellent . Pachynnus habet ypsilon mons Siciliae . Echinas insulæ cōtra hostia acheloi: machina: machinor: cachinnus cachinnor & cachinno uerba: & cachinno cachinnonis nomē . Enchiridion . Anchises: anchisiades . Pachisos siciliæ fluuius sexti p̄pei clade nobilitatus . architectus: architectonica . Puteolis tamen in latere uetustissimi tēpli est scriptū nomē Architectus absq̄ nota aspirationis adeo q̄busdā tēporibus a latinis explosa fuit . Orchitis genus oliuæ . Orchis græce ē testiculus . Prochyta insula maris Tyrhem habet ypsilō . Achiuus achia achiuū . Inachis & inachides . Colchis: colchidos . Parastichis: parastichidos titulus: Bacchis: bacchidis a baccho: Nā bacis nomē propriū caret aspiratione Conchis uiridis faba quā hodie neapolitani c in g uertētes dicūt gongulā: quā cōdiunt nunc porro nūc cepa: addito pipere aut cumino . alii anethū miscent . alii falsamenta tunniū: pro cuiusq̄ gula cibus sane rusticanus ē: difficilisq̄ materiæ . Colchi: colchorū . Vñ colchicus . Achim iudæū nomē . Ezeias uero & ezeiel & eliacim . & Ioacim aspiratiōe carent . Ch ante O

ASPIRAMVS etiā c ante o in uerbo inchoo si uerū est q̄ dicatur

Achim
Parastichus
Bacchus
Conchus
Colchi
Ezeias
Ezeiel
Eliacim

Elchylus
Conchylia
Archippus
Archimagirus
Archipolemus
Oligarchia
Monarchia
Polyarchia
Tetrarchia
Archias
Echius
Echion
Echionides
Pyrrithius
Bachus
Palimbachus
Ambracia
Entelechia
Aristolochia
Oetychius
Milichius
Sperchios
Trochilos
Achilles
Echinas
Echidna
Telchines
Pachynnus
Echinades
Machinor
Cachinnus
Cachinno
Enchiridion
Anchises
Pachisos
Architectus
Orchitis
Orchitis
Prochyta
Anchialus

Cohum
Colum loru
Incho

Incho
Melancholia
Orchomeno
Archomides
Trachonso
Oenochono
Philochorus
Anachorita
Strophore
Terpsichore
Bacchor
Stomachus
Morchor
Colchos
Dichotomos
Dichomenos
Echo
Ieromia
Nabuchodonosor
Anora
Concha
Himilcha
Eunuchus
Stomachus
Stichus
Inachus

a chao quod dixerūt reꝑꝑ initiū. Diomedes tñ refert uerriū flaccū eruditū uirū uoluisse :eīqꝫ tranquillū assensū esse ut hoc uerbū in ultima syllaba aspirationē haberet quod esset a nomīe choum qđ apud priscos mundū significabat:habebatqꝫ aspirationē ante u ut mundus dictus esset cohū a cohibendo id est qꝫ omnia cohiberet intra se:hinc etiā dixerūt choū lorū siue funiculū qꝫ cohiberet hoc est colligaret temonē buris cū iugo . Vñ homines nři tēporis :alii aspirāt huic uerbo post c :alii ante ultimū o qđ ego magis probō & ppter hiatū & ppter opinionē eorū quos supra retuli : Sed librū sit cuiusqꝫ arbitriū utrā uelit opinionē sequi. ueteres tñ ut dixi in hoc nomine nō c sed o aspirabāt:quod inscriptio hęc declarat. Imperator Cęsar diui neruę filius nerua traianus germanicus pōtifex maximus tribunitia potestate.vi. Imp.ii. Cōsul.iiii.pater patrię incohatā a diuo nerua patre suo perficiendā curauit.In hoc epigrammate habet hęc dictio incohatas aspirationē ante A: quę res arguit ueteres illos aspirasse in uerbo incho non litterę c sed uocali o.Melancholia :melancholicus. Orchomenon oppidū qđ ante minyeum post boetiū uocatū est .Archonides. Trachonso īsula nili .Oenochonon flumē thessalie.Philochorus.Anachorita monachus uiuens in solitudine.Stefichorus. Terpsichore musa. Bacchor:stomachor:mechor.Colchos.Gręci etiā aspirāt c in hac uoce dichotomos:& dichomenos quę significat lunā semiplenā. qua uoce astrologi nostri utunt̄ . Echo nomē nympe.Est autem echo uox resultans dicta a uerbo εχω echo id est sono & strepo. Horatius cū eā per circuitum uerborū expmeret inquit. Simul & iocosa redderet laudes:tibi uaticani montis imago . Et Virgilius uocisqꝫ offensa resultat imago . Iechonias iudęum nomen. & Nabuchodonasor. Anchora aspiratione caret quę gręce dicit̄ agcora ασκορα nos g in n uertimus:sicuti in hoc nomine anchises & angelus:& concha: himilcha nomē punicū:

Ch ante V

SVBSEQUENTE autē u aspiramus C in his uocibus Eunuchus quē latine & exectum & euiratū dicimus:qđ & Spado alio nomīe dicit̄ . Stomachus quē latine uētriculum dicimus .Stichus nomē propriū. Inachus thessalie fluuus . Vicit etiā usus apud maiores

nostros ut gracchus cū aspiratione scriberetur.Nunc uero uix est qui aspiret bacchus:antimachus:lamachus:nicomachus: Telemachus:amphimachus:eumachus:eutychus:eurymachus quę homerus tradit ritu puellę cultum ornatūqꝫ incessisse:Learchus.Plutarchus:plistarchus.aristarchus:clearchus:demarchus id ē tribunus Dicearchus.nicarchus:hipparchus & qꝫ fiunt ab eo quod ē archō. Iacchus.Est autē iacchus dictus a clamore & sonitu.nā iaccho ē clamor canto & resono & iacche sonitus clamorqꝫ.Amphiloachus:antiloachus:archiloachus:antiochus:huius nominis secūdā syllabam gręco more pnuntiamus.nā nō exhibilamus lřam t quęadmodū in latinis. Teni sequēte i in nominibus nřis exit qđ si in sibulū :ut cū dicimus autiū:hospitiū:latiū:statiū:horatiū:& huiusmōi nomina.At antiochus ita a nobis pferē ut in secunda syllaba nō exhibile uocalis i more latino:sed gręco potius pnuntiet̄:quemadmodū & tiaras:qꝫ uox gręco sono a nobis pferē .Pflamnitichus qꝫ fuit egyptiorū rex.Munychus nomē ppriū: & locus ante pireum Phrynichus:hippolochus qꝫ fuit bellorofontę filius. Est autē bellorophontes apud gręcos pma declinationis:ut anchises.promachus:orsilochus qꝫ ab alfeo flumine genus duxit.Trochus genus ludi:cuius diminutiū trochiscus. Aristolochus .axiochus.deiochus:ochus:heniochus nomē ppriū & signū celeste. Nos aurigā dicimus .gręce ochos uehiculū dicit̄ .Monychus unus e cętauris de quo apud Iuuenalē. quātas iaculet̄ monichus ornos : hunc nestor a pirithoo uocatus ad nuptias. pugna inter conuiuas exorta superauit. Vñ est apud ualeriū flaccum .Fert grauis inuito uicto rem nestora collo monychus. Homerus dat hoc epitheton equis qꝫ nō habeant fissas ungulas.Eurylochus:moschus:molorchus qꝫ herculē cōtra leonē pfectum accepit hospitio.Vñ apud tibullum Grata molorcheis posuit uestigia terris .amphibrachus pes metricus. Orcus orci latinū esse nomē uolunt: ac p mutationē lřę duci a uerbo urgeo:ut sit orcus qđ si urgus: a quo uerbo & urceus dictus ē. Sunt qꝫ uolunt orcū dictum:ex eo qꝫ dii iurabāt p stygem Est.n.orcos iusiurandū .est orcus apud homerū thessalie fluuus qꝫ pencū olei instar supnatat:ut supra est dictū.Itaqꝫ aspirationem nullo modo recipit . Batrachus : merichus propria hominum .

Enar chus
Bachus
Antimachus
Eumachus
Eutychus
Eurymachus
Learchus
Plutarchus
Plistarchus
Aristarchus
Clearchus
Demarchus
Dicearchus
Nicarchus
Hipparchus
Iacchus
Amphiloachus
Antiloachus
Archiloachus
Antiochus
Tiaras
Pflamnitichus
Munichus
Phrynichus
Hippolochus
Bellorophontes
prima declinatione
Promachus
Orsilochus
Trochus
Aristolochus
Axiochus
Deiochus
Ochus
Heniochus
Ochus
Monychus
Eurylochus
Moschus
Molorchus
Amphibrachus
Orcus p. & unde
Orcus lřis
Batrachus
Merichus

Muschus
Mechus
Nauarchus
Stenachus
Elenchus
Bruchus
Sampsuchus
Bocchus
Elichus
Brochus

Vetusta Inscriptio
Pupula pro puella
Decorat pdecorauit

Conchula

Chloe
Chlamis
Chlena
Chloris
Chresimus
Chrysippus
Chryso bonus
Chrysothemis
Chryseis
Chrysis
Chrysonilon
Chrysolithos
Chryso passus
Chrysendetu
Chryso stomus
Chryso colla
Chrysidis
Chrysa
Chrysa
Chrysa
Chryso malos

Muschus animalis. Mechus adulter. Nauarchus. Stenachus proprium nomen: Elenchus probatio refutatio argumentum. Bruchus bestiola nocens frugibus. Sampsuchus herba. Bocchus quod barbarum est inuenies in antiquis codicibus aspirationem habere: & graeci aspirant. Inueni etiam nomen proprium elichus in quodam sepulcro. In alio nomen brochus aspirationem habere. Est autem inscriptio hec quam uetustatis gratia inserui. P: Lartius. P. f. brochus lartia. P. L. horrea. Boneis probata inueisa sum a nulla proba. Fui parces domineis senibus. huic autem obsequens ita libertate ille me: hic decora at stola. a pupula annos ueiginti optimi domum omnem. Supremus fecit iudicium dies: mors animam eripuit: non uite ornatum abstulit. L. eprius Chilo uiat. Tr. pl. Hanc inscriptio declarat uetustissimos Latinos frequentissime uos diphthongo ei quae post oblitterata est. quae etiam pre se fert oscos. quoniam in oscis sepulcrum hoc id est lapis pro sepulcro hodie quoque extat enuntiasse preteritum uerbi decoro in tertia persona non decorauit sed geminato a decorat: & a pupa pupulam id est puellam dixisse.

DE. C. in mediis uocibus aspirato ante u nihil dixi quia nulla uox succurrit in qua a graecis accepta ex illorum instituto c aspiremus nisi forte sit conchula que fit ab eo quod est concha quae graece dicitur κογχη cogchi.

Ch ante L & R & N & th

ET ne aliquid omisisse uidear quod memoria suppetat & praecipio haec exigat: aspiramus c etiam ante l in quibusdam dictionibus quae sunt. chloe: chlamis: chlamidatus. chlena e qua uoce ut dixi ch abieci. chloris nymphe. Et ante r chresimus: chrysippus. chryso gonus: chrysothemis agamemnonis filia. chryseis: chrysis: chryso milon malum aureum. chrysolithos: chryso passus lapilli preciosi: chrysendetu: chryso stomus: chryso colla terrae genus quam e macedonia apportari & illic fodi auctor est uitruuius: chrysidis: chrysa ciuitas frigie. chrysa insula indiae: quam aureum solum habere proditum est. chrysa fluuius agri syracusani: chryso malon graeci appellant arietem illum qui ut est in fabulis lanam auream habuit. de quo & si latini poete dicunt quod is phrixum & hellen gestauerit: tamen graecorum quaedam aliter retulere. Fe

runt enim neptunum correptum amore theophanes alchidis filiae illam rapuisse translataque in insulam chrymissam in ouem conuertisse & in arietis forma cognouisse: ex quo compressu aries chryso malus natus fuerit. Christus: Christianus: Chrisma: chremes: chresimus quod in ueteri sepulcro scriptum reperi. chromius: chronus: chronius: chreas rhetores colores quosdam orationis uocant. In mediis quoque & ultimis syllabis aspiramus c an aliquot consonantes ante l cochlea & cochlear: dicebantur apud antiquos cochlearum lapides fluuiales rotundi ut cochlearum. Cochlia nomen uirginis romanae. Antem mechmus nomen proprium: & brachmanes gens celebris propter solis mensam. & Pyrachmes proprium nomen quod habet ae diphthongum ante ch. Antem N techne: dicimus autem technas artes dolosque qua uoce nostri utuntur comici. uel cacotechnia mala ars siue uiciositas dolositasque: graece namque techne ars est & dolus. Lychus cereus siue lucerna. lychnites genus lapidis: Vidi & prochne proprium nomen aspirationem habere post c in quodam quod hodie extat epigramate apud oppidum Apuliae labellum. cuius uerba sunt haec. Oppia prochne acutia na secunda creperia tiatice isidi. Graeci tamen hodie pro cappa hoc nomen scribunt. quod nos in g uertentes non pro cne sed prognem magis dicimus. Dicunt etiam graeci arachnea: nos dempto c & aspiratione dicimus aranea. In nomine proprio arachne uertunt multi c aspiratum in g & non arachnen sed aragnem dicunt. Antem R quoque graeci aspirant c in mediis syllabis & ultimis ut calaeschrus proprium nomen. & calaeschra oppidum: quae duo nomina habent ae diphthongum ante f: & eschriion similiter. hic cum esset poetice studiosus alexandrum in eius expeditionibus secutus dicitur. & ochra genus cretae qua pictores uti dicuntur ad ducendos colores. Catachresis abusus: & cenchris genus serpentis. Antem t graeci aspirant huic nomini brachtea. Unde brachteare: prisca tamen more suo detraxerunt aspirationem. Antem theca etiam graeci aspirant c in nomine ichthys quae uox pisces significat. uel ichthyophagi populi quaedam dicti quae uescerentur piscibus: est & ichthyocolla genus piscis. habet etiam hichthys aspirationem ante i in prima syllaba secundum atticos ut dixi: Enosichthon: epitheton neptuni. Erichthonius etiam habet c aspiratum ante theta ut initio dixi: hic ut est in fabulis e uulcani semine dum ille mineruam habere in complexibus contendit:

Tabula Incongnita

Christus
Chrisma
Chremes
Chresimus
Chromius
Chronus
Chronius
Chrea
Cochlea
Cochlear
Cochlear
Cochlia in p
Menchmus
Brachmanes
Pyrachmes
Techne
Cacotechnia
Lychus
Lychnites
Prochne
Progne
Progne
Arachnea
Aranea
Arachne
Aragne
Calaeschrus
Calaeschra
Eschriion
Ochra
Catachresis
Cenchris
Brachtea
Ichthys
Ichthyocolla
Hichthys
Enosichthon
Erichthon
Erichthonius



Panathenæa

Enoch
Lamech
Sadoch

nascitur: absconfusq; in cista a glauro & pandroso custodiendus a matre tradit. Adultus autē panathenæa id est ludos in palladis athenæ matris honorē primus cōstituisse: arcemq; & tēplum edifi casse dicit. Et ut uirgilius inquit. Primus erichthonius currus & q̄tuor ausus. Iungere equos rapidisq; rotis insistere uictor. Apud barbaros desinūt etiā nomia in ch ut enoch & lamech & Sadoch.

De Ph

POST hæc de P aspirando præcipiam quā litterā græci phi appellat. & si de usu eius pauca admodum præcipienda sunt. huius litteræ loco prisca latini si libenter ponebant: ex qua consuetudine ē ut hodie quoq; in aliquot uocibus quas a græcis mutuati sumus scribamus loco ph: ut fama: fuga: fagus. Cōsueuere etiā maiores nostri de quibusdam uocibus demere aspirationē & p tñ scribere. Contra in quibusdā addere: ut in hac dictione tropheum ex quo effectum est ut indifferenter dicamus phylemonem & pylemonē. thermophylas & thermopylas & alia quædam: eodem modo græci hypsipylen & thermopylas semper nos libētius thermophylas & hypsipylen cum aspiratione: Contra diphthongum magisq; diphthongum. Illi quoq; ut nos indifferenter persephonen & phersephonen. At sphæram & sphinga nos nunq̄ dicimus: quod latino non conueniat ponere s ante f uel p aspiratum: q̄q̄ in uernaculis quibusdam uerbis quibus italici nunc utuntur s ante f sepe ponatur ut in hoc nomine sfortia. E quibusdam dictionibus latinæ pronuntiationi consulentes non modo aspirationē sed ipsum etiam p abieciimus: ut cum dicimus apothegma: quod apud illos est apothegma quæ pronuntiatio habet asperum nescio quid: & quasi cōfragosum quod lingua nostra uehementer horret. Sed ad rem ueniamus.

ASPIRAMVS igit̄ P ante uocales in principiis dictionū quas a græcis aut mutuamur aut in quibus eos imitamur. Nā in multis quæ græca non sunt: græcū scribendi morem sequimur ut in hebraicis ANTE a ut in his phaon: phalerius: pharus: phaneus: pharsalia. phanostrata: phasis. ANTE e ut phæacia: pheax: phædrus: phædimus i quibus æ diphthongus scribenda ē. Itēq; phoenix & phœbus phœbasq; in quibus diphthongus œ. Pherecides & phero nomina

Phylemon & Pylemon
Thermophyle & Thermopyle
Hypsihyte & Hypsihyte
Diphthongus & Diphthongus
Persephone & Phersephone
Sphæra vel Sphinx
Apothegma grecum
Apothegma nos

Phaon
Phalerius
Pharus
Phaneus
Pharsalia
Phanostrata
Phasis
Phæacia
Phædrus
Phædimus
Phœmæ
Phœbus
Phœbas
Pherecides

propria: & phæus a loco cū diphthongo æ in secūda. ANTE I philippus phillyra: phineus: philtrū poculū amatorium phirne ANTE o phonastus pholoe phorcus: phocæ uituli marini: phos phoros lucifer. ANTE. V. q̄ apud græcos simplex uocalis nō ē sed diphthongus: nullā uocē habemus in qua ph ponamus in principio dictionis. Multi tñ uolunt fucus fuci pro genere apis a græco dici.

ANTE Y psilon: phyllis: phylaca custodia & carcer: phylacides: phylaca phycus: phyton. Similiter in mediis & ultimis syllabis P aspiratū locat̄ ante om̄s uocales ut in his aristophanes: Tiphernus amphiarus. theophilus: symphonia: periphaf: hyphe: iphis: serimphos: sophos: scyphus: philosoipus. habent græci accusatiuos casus nō omniū tñ declinationū i us diphthongū exeūtes in quibus ubi natura nominis exigit phi ponūt ut delphus. Ante L quoq; & r & t & theta: locat̄ p aspiratū ut in his paphlagonia phleboto mia: phlegeton: phlexippus: phrygia: phrix. Cataphractus id est equus loricated: phlegra regio in q̄ dicunt̄ gigātes coniurasse. Est autē campaniæ pars in q̄ est uesuuius mons & ager neapolitanus: Itēq; puteolanus. pthia urbs seu regio a q̄ Achilles pthius. q̄q̄ multi aspirationē tollūt & pthius dicūt: pthhis: ophthalmos: ophthalmia oculi morbus: quibus pleriq; aspirationē detrahunt. Desinunt etiā barbaræ dictiones in ph ut ioseph: qui latine dicit̄ iosephus. Multa & apud iudæos & apud Syros cadūt in ph uti apud germanos in f ut astulf & rodulf pro quibus nos astulphus & rodulfus. Et ut om̄ia q̄ de p aspirando præcipi apud nos possunt una absoluā regula: id tibi generatim præcipio in omnibus græcis dictionibus & in quibus græcos imitari placuit ut in iudæis & syris p aspirandum esse: ubicunq; si uellemus latine scribere f ponendū esset. De qua re satis sit hæc dixisse.

De Th

CONSEQVENS est ut dicā de lra t id ē in quibus dictionibus aspirari ei oporteat q̄ ut de c & p supra dixi solū aspiranda ē in dictionibus græcis & barbaris: Nā quæ latina uox sit nulla hoc exigit. Tam&si Ciceronis tēporibus ut supra retuli placuerit cethegū & mathonē aspiratione notare quē ulū hodie quoq; multi sequunt̄

Pherens
Philippus
Phillyra
Phineus
Philtrū
Phirne
tius

Phyllis
Phylaca
Phylacides
Phylax
Phyton
Aristophanes
Tiphernus
Amphiarus
Theophilus
Symphonia
Periphax
Hyphe
Iphis
Serimphos
Sophos
Scyphus
Philosophus
Paphlagonia
Phleboto mia
Phlegeto
Phlexippus
Phrygia
Cataphractus
Phlegra
Pthia
Pthia
Ophthalmos
Ophthalmia
Ioseph



Postumus sume

Th cum d. maxima
lit conuenientiam

Oend unde

Catholicus

Tethrippus

Thais

Thalamus

Thallus

Thaltea

Thales

Thalassus

Thalia

Thalpius

Thamyris

Thamar

Tarsus

Tharsis

Thamane

Thanatos

Thasus

Thasiu uinu unde

Thaumas

Thauma

ThaumaCia

Thargilios

Theano

Theanu

Theagenes

Theagoras

Thea

Theologia

Theoponia

Theophilus

Theophania

& graeci aspirant: obseruatū quoq; a me est nomen postumus in quibusdā uetustis codicibus aspirationē habere. Est autē dictus postumus q̄ sit post humatū patrē editus: humatus autē q̄ sit ab humo aspirationē habet: quā multi uoluerunt ut nomē postumus qd̄ est eius compositū retineret: quod usus aspernat̄ & ut dixi latina uetat regula. Habet autē hęc littera cū aspirata est non parū cū d̄ conuenientiā. Hinc est q̄ ex eo quod ē grāce theos: deū fecerunt. q̄q̄ sunt qui putēt deū dictū q̄ ei nihil desit: ul̄ q̄ det mortalibus omnia q̄ cōmoda illis sint. De qua id primo tradam. Cōsueuissē grācos cū duæ uocēs ita coeūt in unā dictionē ut necesse sit e duabus se collidentibus uocalibus alterā eici loco suo: remanēte uocali aspirata t̄ in theta cōuētere. Nā catholicus quod nomen sit ex cata & holon accepit theta. Dasea enim quæ erat in simplici uoce holon: cōcessit in theta: & siliter tethrippon id ē q̄driga habet theta. Dasea. n. q̄ erat in nomine hippos e uocali cōcessit in cōsonantem t̄ & theta inde factū est.

Th ante A

VTIMVR autē T aspirato ante a in p̄ncipiis quidē dictionum in his: Thais: thalamus: thallus ramulus siue germen. Vñ puto dici thalleā arborē: Thales: thalassus: thalia: Thalpius nomē propriū Thamyris: quē q̄ cum musis concertasse ausus sit: & musica & humano sensu multatū Homerus refert. Thamar nomē hebreum Tarsos: vñ tarsensis aspiratione caret. Vetus iudæorū lingua tharsis mare appellat. Thamanæi scythiæ populi. thanatos mors. thasus insula. vñ thasius. Thasiū uinū si dicat̄ a thaso insula seruat aspirationē: sin a nomine tasis quæ ē detentio caret ea. Thaumas thaumaciū: thauma grāci miraculum & admirationem uocant. thaumacia thessaliæ locus: habebāt athenienses mensē thargilion

Th ante E

ANTE. E. theano uxor antenoris: theanū nomē oppidi quod tñ in quibusdam monumentis marmoreis sine nota aspirationis scriptum inspexi: ex uetere illa consuetudine non aspirandi cōsonantibus: theagenes: theagoras: theate oppidū marūcinorū: theologia. theologus: theogenia: theophilus: theophania: theodorus: theo-

critus: theodectes: theognis: theodosius: theopompus. theophra- stus: theotimus: & quæ fiunt a theo uel thea: theon propriū pictoris & astrologi. itē theos mons quē ferunt esse ultra campos panū satyrorūq; p̄petuis flagrantem ignibus: theorema: theorica. grāce enim theoro significat cōsidero contemplor. theatrum locus ubi spectabant ludi: thebe nomē urbis: thebæus: thebanus: thebais. thebæus nomē propriū quod habet dipthongū ae ante ultimam syllabā. Thebe nomen uirginis e cuius gremio geminæ columbæ ut est in fabulis cum euolassent altera ad ammonis fontē tetendit & ibidem responsa dedit: altera ad siluā dodoneā ubi futura mortalibus præcinit. unde a tibullo dicitur. Quid referā ut uolitet crebras intacta per urbes. Alba palestino sancta columba syro. Licet hoc referri ad semiramidē possit: quā in columbā uersā syri credidere. aut sit propterea dictū q̄ syri columbis abstinebant: cū uerem religiosissime colerent. & a Silio. Nam cui dona iouis nō diuulgata per orbem. In gremio thebes geminas sedisse colūbas. Quarū chaonias pennis q̄ contigit oras. Implet fatidico dodoni da murmure quercū: Atq; carpathiū super æquor uecta p̄ auras In lybiē niueis tranauit concolor alis. Hanc sedē templo cithereia condidit ales. Hic ubi nūc arua lucosq; uidetis opacos. Ductore electo gregis admirabile dictu. Lanigeri capitis media inter cornua perstans. Marmaricis ales populis responsa canebat. Herodotus tñ non albā ut tibullus & silius: sed nigrā fuisse refert. Theca unde apotheca. thecla nomē p̄priū mulieris. thectamenes uiri & thelgon: thema: themis: themion: themistocles: themisus: themison: thensa genus uehiculi: therāne locus in agro lacedæmonio: thermæ balneæ aquarum calidarum: thermius nomen proprium thermocrates: thermopyle sūt loca angusta in oeta monte in quibus fontes calidi: thermodona mazodonum fluuius. Latini ultimū o quod est grāce omega id est correptū fere semper soluūt & thermodoon dicunt. Aliter enim ea uox bene locari nō posset in uersu heroico. Ouidius tamē dixit: & tu femineæ thermodon cognite turbæ: therma quæ postea uocata est thessalonica. ther mantia: Theramenes: Theron qui uicit in olympia p̄ndari carminibus celebratus: Therodamas: therfes: therfilochus: therfites

- Theodectes
- Theognis
- Theodosius
- Theopompus
- Theophrastus
- Theotimus
- Theon
- Theos M.
- Theorema
- Theorica unde
- Theatru
- Thebe
- Thebens
- Thebe n. p.

Silius

- Thecca
- Thecla
- Thectamenes
- Thelgon
- Thema
- Themis
- Themion
- Themistocles
- Themisus
- Themison
- Thensa
- Theranne
- Therme
- Thermius
- Thermocrates
- Thermopyle
- Thermodoon
- Ouidius
- Therma
- Ther mantia
- Therame nes
- Theron
- Therodamas
- Therfes
- Therfilochus
- Therfites

Therfander
 Therichion
 Theſeus
 Theſſalia
 Theſis
 Theſaurus
 Theſmophora
 Theſprotus
 Theſpis
 Theſpiades
 Theſtor
 Theſtritis
 Theſiphone
 Theſt.
 Theſis
 Thias
 Thias
 Thiaſus
 Thimacria a rege
 Thimacria
 Triquetris
 Thisbe
 Thymus M
 Thymis
 Theſprotis
 Thyeſtes
 Thyella
 Thymiana
 Thymateria
 Thymia
 Thymbra
 Thymele
 Thymelus
 Thymus
 Thymus a. u.
 Thyſbe
 Thyree
 Thyree
 Thyrfus
 Thyſſagete
 Thyodamas
 Thyrfis
 Thoas
 Thoastes
 Thoon
 Thous
 Thoos
 Thootes
 Thootes
 Tholus
 Thorax

Therfander:thericlion poculi genus dictum ab artifice. Theſeus theſides:theſeis:theſſalia:theſſalicus:theſſalonica:theſis:theſaurus theſmophora ſacra cereris dicta q̄ ceres mortalibus leges tulerit Theſprotus:theſpis.unde theſpiades quod nomen fuit & poetæ: & urbis & fontis cuiuſdam. Theſtor enopi filius :a quo ducit̄ pa tronomnicū theſtorides. Theſtylis:theſiphone:theta:thetis non cum thetios ſed cum thetidis genitiuum facit.

Th ante I

ANTE .I. thias thiadis bacchi ſacerdotiſſa & quæ furore agitetur. quidam malunt per ypsilon ſcribere quod probabilius. thiaſus ſi militer. Thimacria a thimacro rege:ſine r poſt th .nam cum dicit̄ trinacria caret aſpiratione. Veteres latini triquetrem dixerunt:ut Lucretius.Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oris. This be nomen proprium de quo apud Homerum:& ante ypsilon. Thya mus eperi mons :& nomen proprium hominis . Et thymis eperi fluuius ſecundum theſprotidem: Thyeſtes:thyeſteus. thyella no men harpyæ. Thymiana aroma quod incendebatur in ſacrificiis appellabantq̄ græci thymateria uafa odorum quibus utitur in ſacrificiis q̄ maiores noſtri acerras dixerunt . Thymū herba.thym bra herba.thymbreus apollo a loco agri troiani ubi colebat̄ :thy mele:thymelus:thynnus piſcis quem hodie thunnū dicimus.thy nus thyna thynum a loco:ut apud horatium .thyna merce beatū thyleneus bacchus. Thyſbe nomē puellæ. Thyree ager ſiue oppi dum peloponeſi:de quo pugnatum eſt inter ſpartiatas & argiuos Thyrea inſula peloponneſi: Thyrfus thyrficulus: thyrfis paſtor. Thyſſagete populi ſcythiæ. Thyodamas pater hyle.

Th ante O

ANTE .O. quoq̄ aſpiramus T in his thoas thoatius thoastes tho on:thous .Græcæ autem thoos eſt uelox. Thootes nomē præco nis apud homerū . Thoota mater polyphemi . Tholus pars tem pli & teſtudo. Thorax:thomas:thomalius:thon propriū. Errant

qui in eo quod eſt torus aſpirat̄ t Eſt enim uox latina & a torquē do dicta.nā torus erat ex tortis herbis.

Th ante V

PAVCA etiā quædā nomina habent T aſpiratum ante u quæ ſūt Thucydides historicus . Thules egypti rex. Thuria oppidū quō dam Calabria: unde thurius & thurinus .In quodā ueteri epita phio inueni nomen Turia pro nomine mulieris ſcriptū ſine aſpi rationis nota.De ture & tuſcia poſt dicit̄.

Th ante A

IN mediis aut̄ & ultimis dictionū ſyllabis utimur T aſpirato i his q̄ ſūt.Ithaca ulyſſis patria :vñ ithacus & ithacēſis .Ithacus quoq̄ nomen propriū. Declarat hoc etiā lapis qui hodie quoq̄ Capuæ extat .in quo uerba hæc legunt̄ .Inferri hoc non licet niſi quorū nomina ſcripta ſunt & quibus cauero .M. pompeio ithaco pom peiæ urbane ithaci libertæ. Cartago aſpirationē nō exigit p̄ter q̄ ſi uſum quorundā probaueris . Fuit tñ cartha urbs haud procul tyro:unde fortasſe & Carthago habet th aſpiratū :ſicut habet car tha urbs. Ereuthalion quē neſtor uicit ſingulari certamine. atha mas:athamantius .Epithalamiū carmē nuptiale. Bethania q̄ fuit in iudæa. Achanatos immortalis.Biothanatus uiolenter mortu us:Batthani populi galliæ rheno cincti.Amythaon.vñ amythao nius .Spintharus nomē poete .Pythacufa inſula:Pythagoras:py thagoricus . agatharchidas. Cithara. Citharedus .Cithariſtius. Titareſius aſpiratione caret.eſt aut̄ theſſaliæ fluuius qui peneon intrat:& ut poeta inquit.nec aquis confundit̄ illis:ſed olei inſtar innatans excurrit:quē etiā ferunt a ſtyge manare.Cantharus uas & Cantharus qui fuit comicus athenienſis . Cantharides ſpecies ſcarabei ſiue uermiculi.Lethargus .Litargiriū argenti ſpuma dici tur. Scytha.Agatha.Cymetha nomen capræ.Egeſtha quæ acellē genuit ex crimniſo fluuiio. Iugurtha puniçū nomē.Spatha enſis Cerintha herba . Menta græcæ habet aſpirationē quā latine nō re tinuit:quod diminutiuum eius oſtendit. Oetha mons theſſaliæ clarus rogo herculis:Er quæ iudæa ſūt nomina: Marcha.Golgo tha.Nathan:Ioatham.Matthan.

Nathan
 ioatham
 Matthan

Tortus. unde
 Thucydides
 Thules
 Thuria
 Turia
 Tus
 Tuſcia

Ithaca
 Ithacus
 Cartago
 Carthago
 Cartha
 Ereuthalion
 Athamas
 Epithalamiū
 Bethania
 Achanatos
 Biothanatus
 Batthani
 Amythaon
 Spintharus
 Pythacufa
 Pythagoras
 Agatharchides
 Cithara
 Citharedus
 Cithariſtius
 Titareſius
 Cantharus
 Cantharides
 Lethargus
 Litargiriū
 Spatha
 Agatha
 Cymetha
 Egeſtha
 Iugurtha
 Spatha
 Cerintha
 Menta

Th ante E

EXIGVNT etiā T aspiratum ante E: Althæa quæ habet dipthongon ae: Leucothea cadmi filia. Nabathea regio ad orientem sita. Amalthea nympa cretensis q̄ iouē caprino lacte nutrita dicta ē. Pasithea: pithea: pitheus. Critheis mater homeri. Pantheon id ē templū omniū deorū. pentheus. pytheas nomen rhetoris: habet ypsilon. Entheus: enthea: entheū id est diuinus & furore afflatus. quo uerbo frequēter usū inuenies Statiū in libris siluæ. Ethea ci bele a mōte etheo: vñ martialis. Quē lectus matris hululat etheæ gallus. Anhedon oppidū boetiæ. Cercopithecus animal. Cathedra: Cathegoria p̄dicamentū. Lethecus cretæ fluuius apud quem harmonia ueneris filia cadmum dicit̄ fuisse oblita. Apothegma: anathema: anathematizo id est deuoueo. Crysothemis agamēonis filia. anthemus urbs. Ethemon uiri propriū. Athenæ: athenæus: atheniensis: Panathenaica siue panathenæa: ludi qui athenis celebrabantur in honorem palladis athenæ. Athenagoras: parthenius archadie mons & paphlagoniæ fluuius. Parthenias: Parthenopeus: Parthenope. prothenor: althænos nomē fluminis habet ae dipthongū. Timosthenes. Plisthenes: fuit autem hic uerus agamēonis & Menelai pater: quo mortuo cum paruuli infātes ab atreo qui illius frater erat summo cum studio educati essent: ætas posterior arbitrata est nō plisthenis sed atrei filios eos fuisse. Ouidius hoc sentiēs inquit. Illā plisthenio gaudia ferre uiro. Fuit & plisthenes ut impudicus a poetis infamatus quēadmodū nereus ut imbellis. Oratosthenes: Borysthenes flumē a quo borysthenide gens scythiæ: Sunt q̄ uelint aspirationē nō habere. Brabasthenes mons pelopōnesi. Cythera ueneris insula & urbs cypri. Cythera. & cytheriacus: Cithæron mons boetiæ. Pantherus nomē p̄priū. Panthera animal. Statera a nōnullis græca esse dictio creditur & aspirationem exigere. Eleutherius: Mathesis: unde mathematicus Epenthesis. Synthesis: Hypothesis: parenthesis: Metathesis: Antithesis: & quæ cum eo quod est thesis compositionem ineunt. Demosthenes: Alcisthenes: Antisthetes: Calisthenes: Clisthenes Epitheton: Athesis galliæ cisalpinæ fluuius: qui hodie quoq̄ nomen seruat: Græci huic nomini aspirant: Vetustissimos latinos

Althea
Leucothea
Nabathea
Amalthea
Pasithea
Pithea
Pitheus
Critheis
Pantheon
Pentheus
Pytheas
Entheus .a. um.
Ethea
Anhedon
Cercopithecus
Cathedra
Cathegoria
Letheus
Harmonia ueneris
Apothegma
Anathema
Anathematizo
Crysothemis
Anthemus
Ethemon
Athenæ
Panathenaica siue
Panathenæa
Athenagoras
Parthenias .M.
Parthenius .flu.
Parthenias
Parthenopeus
Parthenope
Prothenor
Althenos
Timosthenes
Plisthenes uerus agamēonis pater .i.
Oratosthenes
Borysthenes
Borysthenide
Brabasthenes
Cythera insula &
Cythera uros cypri
Cithæron
Pantherus

Mathesis
Mathematus
Epenthesis
Synthesis
Hypothesis
Parethesis
Metathesis
Antithesis
Demosthenes
Clisthenes
Epitheton
Athesis

puto non aspirasse quippe qui solis uocalibus aspirabant. Penthesilea regina amazonū. Antitheton: synthetō: logotheta magistratus regni neapolitani & imperatorū bizantinorum. Prometheus menetheus: hoc nomē cū habet oe dipthogon in penultima caret aspiratione: & est græce quatuor syllabarū. Eurystheus. mnestheus petei filius, & menestheus pelei nepos ex polydora filia: quā sperchion fluuiū amasse & compressisse ferūt. Gytheus uiri propriū. Mathæus: & orthæus habent post theta dipthogum ae. Antichus. Pytheus habet ypsilon & pythermus. Epimetheus iapeti filius Epitherses: ether: aethes: scythes: cacethes uiciū: Polyanches: euanthes: cleantes: ariapithes nomina propria. Lethe fluuius infernus Vnde letheus: Anthe alcyonis gigantis filia. Lapithæ populi. vnde lapitheus. Seuthes thraciæ rex: & ianthe nympa t aspiratum exigunt.

Th ante I

QVAE aut̄ exigunt T aspiratū ante I sunt æthiopia: ethiops: ethiopicus: Anthia nomē urbis i argolide. Ethica ethicoꝝ plurali numero. aethia: Parthia: vñ parthicus. Scythia: vñ scythicus. Pythia vñ pythicus & pythius: pythia q̄ dabat responsa. Emathia: emathius: emathion: Melanthia deucalionis filia. Matthias: Salathiel iudæum nomē: Cynthius: cynthia: tiryntius hercules. Tiryntia urbs. Zacynthius a zacyntho insula. Corinthius. Melanthius. Scythion auis. Mythicus: mythica mythicū id est fabulosū. Est enim græce mythos fabula. Anthylla habet ypsilon urbs egypti q̄ peculiaris dabat̄ in calciamenta uxori eius q̄ in egypto regnabat. Erythinos mons paphlagoniæ. Tethippobataꝝ populi africe. Damasthynus p̄priū hominis: Xanthippus. & xanthippa. Anthissa q̄ ex insula cōtinens facta dicit̄. Amethistus lapis p̄ciosus dictus q̄ ebrietatē phibeat. Patigites nomē persicū aspiratiōe caret. Crathis flumē aureos reddens capillos a quo flumine ut arbitror scilla crathis dicta est. Psythiū genus passu. Ariathis p̄priū uiri. Absinthium herba. Eustathius uiri p̄prium. Parnes nomē cuiusdā montis græciæ emittit genitiuū parnethis cū theta.

Th ante Y

ANTE. Y. p̄silon habent etiam T aspiratū Ilichya lucina. Orithya.

Penthesilea
Antitheton
Syntheton
Logotheta
Prometheus
Menetheus
Eurystheus
Mnestheus
Menestheus
Erytheus
Mathæus
Orthæus
Antichus
Pytheus
Pythermus
Epimetheus
Epitherses
Ether
Aethes
Scythes
Cacethes
Polyanches
Euanthes
Cleantes
Ariapithes
Lethe
Anthe
Lapithæ
Seuthes
Ianthe

Anthissa
Cynthia
Parnes



Catabathynō

Acanthys
Bethys flu.

Contra sermiz

Tethys
Thetis

Tithonus

Python

Talhybius qui fuit præco agamēnonis . Bathycleus q̄ fuit Chal conis filius . Cathabathynon ægipti latitudo deserta ac decliuis. Euthymedon uiri proprium: & euthymedes. Euthymedus: euthy edes: bathyllus: ichthyophagus: methymna: methymneus: En thymema sylogismus rhetoricus. Dithyrambus quē græci ferunt arionē primum & fecisse & docuisse. Ithyreus unde ityreos arcuf dixit uirgilius: Acanthys auicula quæ latine est carduelis. Bethys hispanie fluuius: vñ regio bethyca . Athyr propriū hominis. Aga thyrsi gens scythiæ. de quibus uirgilius. Driopesq; fremūt pictiq; agathyrsi . Pomponii melæ de agathyrsis uerba sunt hæc: Ora ar ctusq; pingunt: ut quisq; maioribus præstat: ita magis uel minus Coeterū hisdē omnes notis: & sic ut abluī nequeant . Quo magis admiror uirgīlii interpretē sergiū dixisse intelligēdum esse picti nō stigmata habentes: sed pulcri hoc est coma placentes . Tethys tethyos oceani coniunx. Nā thetis mater achillis: habet aspiratio nem in priori t neq; scribitur per ypsilon. uxor uero oceani in pri ori t non recipit aspirationē sed in posteriori tñ & habet ypsilon.

Th ante O

HIS subiungā uoces illas in quibus ante o aspiramus T Sunt autē Leucothoe: Alcathoe: Cymothoe: amphithoe: Acatous thraciæ oppidū: Alcathous esii filius Cui ob uirtutē anchises hippodami am filiā que inter alias forma prestabat uxorem dedisse dicit̄. Pro thous: prothoon . arethous: phaethon: vñ phaethontius. hippo thous: panthous: vñ panthoides: pirithous. methodus doctrina uia & ratio. Bartholomeus hebraicū nomē. Catorthoma rectum officiū & facinus. Ithome oppidū. Catholicus uniuersalis. Ticho nus: unde tichonius. Orthographia . Orthoepia sine dipthongo recta & suauis uocū expressio. Orthogonius angulus rectus. Ar ganthonius. Lithotomie lapicidine ab eo quod est lithos id est la pis. Lithostraton. Methone oppidū. Citorus paphlagonie mons buxo habūdans de quo apud Catullū: caret aspiratōne. Dipthon gus . Python oppidum. Phocidis. Bethorium proprium loci. An thores uiri: python serpens. Echon unus equorum hectoris. Cre thon orsilochi frater eodem partu editus. Amithon philoctete pa tria: habet penultimā pductā. Sithonia pars macedonie ad athon

montē. Athochari scythie populi. Orithos urbs macedonie. Ma rathon & mons & portus & locus atticæ. unde marathoniū. Pa thos qui latine affectus dicit̄ a recentioribus etiam passio. Phlege thon: vñ phlegethonteus. Mythos fabula . Athos mons . Clotho parca: significat græce cloto uerbū id quod neo :torqueo : & circū uoluo. Otho othonis. Sethon nomē propriū rex idē & uulcani sa cerdos . Melantho nomē propriū. Carithos una ex cygladibus in fulis . Agathocles & alia q̄ fiunt ab agathos . Cothon propriū: vñ patronomicū cothonides: est & cothon poculi genus. græci ar bores quasdā uocant cothonisteria. Menestho & pitho nomia pu ellarū: & itē filiarū oceani: Antho filia amulii regis albanorū. Gna tho nomen parafiti . Sed ut sepe dictū est uetus consuetudo mul tis e uocibus aspirationē detraxit.

Th ante V

VLTIMVS locus est illarū dictionū quæ habent T aspiratū an V hæ sunt: Arethusa fons. Phaetusa solis filia ex neera suscepta: Co thurnus: Cothurnatus . Nothus qui alio nomine dicit̄ spurius. Nā p uento caret aspiratōne . Chrysolithus. Corinthus: vñ corin thius . Olynthus oppidū: vñ olynthius . Marathus: Hyacinthus. vñ hyacinthinus. Erymanthus mons: vñ erimāthius & erimanthe us. Carpathus insula: vñ carpathius. melanthus: Vithus. zethus amphionis frater. nam pro filio boreæ caret aspiratione. Cynthus vñ cynthius. Tiryntus. Berecintus: vñ berecintius: Sūt tñ q̄ uelint habere aspirationē pro monte deli: pro monte uero phrygie minime. Cyathus parthus: Xanthus equus hectoris. Xanthus li cie fluuius de cuius nomine & urbs quondā dicta panthus. Aegi sthus. Xuthus propria nomina & cloanthus. Labryntus a quo labryntheus . Fuisse autē dicit̄ labryntus cōe opus duodeci egyp ti regū quē dedalus postea imitatus ē. In hoc nomie seq̄ ypsilon post b nō o. amathus urbs cypri: vñ uenus amathusia. græce hoc nomē amathus habet dipthongū ou: vñ Ouidius Longā ptulit ultimā syllabā. Est amathus ē celsa mihi paphos atq; cithera. Nā si græce fuisset amathos in us correptū uerteret̄. ratio igit̄ dipthon gi pducit eam syllabā. Qui aspirant cetegus secunt̄ abusum cice roniani temporis. Calathus a quo & calathistus: ut apud Catullū

Phlegetho

Otho

Gnatho

Cothurno

Notho

Zethus . ff
lio boreæ zety

Berecintio

Aegistho

Labryntio



Historia

Vergilij loci

Propertij

Tus

Libanotij

Tuscia

Luthum

Vellera uirgati custodibant calathisti. Rhadamanthus. Calamē thus herba quā latine nepetā dici puto. Tementus genus stirpis. Terebinthus arbor. Cerinthus nomē propriū hominis & oppidi. Micythus propriū hominis. Bumastus genus uue. Lapathū herba & anethū. Acanthus oppidū thraciæ & nomē spine atque herbæ de qua apud uirgiliū. Et molli circumest anax amplexus acantho. atq; ut aliquatulū uager repetā historiā nō iniocundā. Tradūt uirginē quandā corinthi decessisse: nutrice uero eius pocula quibus illa delectata admodum fuerat: collegisse in calatho delataq; ad tumulū illic collocasse & ut diutius sub diuo permanent tegula etiā texisse: eum calathū forte super acanthi radicē fuisse collocatum: radicē uero pressā calathi pondere folia cauliculisq; profudisse: eosq; secundū calathi latera crescētes: ab angulis tegule pressos circumflexisse sese: ac delectabilē spetiē uisitentibus prebuisse Tum callimachū architectum nobilissimum delectatū genere & formæ nouitate ad id exemplar columnas fecisse: quas posteriores corinthias appellarint. Quāobrem arbitror uirgiliū huius historie memorē dixisse alcimedontem illum suum anfas poculorum flexibili acantho fuisse complexum: græce acanthias est cicade epitheton: vñ propertius: Lænā illam acanthidē nominauit: a sermonis tedio & loquacitate & aurium offensione. Sed ad nostra redeamus. Tus ut multi uolunt latina uox est a tundēdo dicta: quod si est aspiratione carebit, maior tñ & probabilior est illorum opinio qui a græco dici uolunt quod est thyo id est sacrificio vñ thysia sacrificium: eius arbor est libanotus sine aspiratione. In his uocibus tuscia & tuscus quidā nunc aspirāt primæ litteræ q̄ a thure id est sacrificio ritutuscia dicta sit: non aspirasse autē ueteres: & codices uetusti & monumentorū inscriptiones indicant: quod ego sequendum arbitror: Cum tusciā non a ture: licet ea gens dedita religioni fuerit: sed a tusco rege dictā magis cēseam: quod & ueteres probant grāmatici. Similiter etiā tusculū nomen oppidi & tusculanus aspirationē non exigunt apud nos secundū ueterē consuetudinē & regulā: q̄q̄ sunt qui nunc aspirēt quos sequendos esse non censeo. Luthum: vñ luthus est color purpureus secundum græcā deductionē aspirationē exigit: quod

si latinum putaueris ea carebit: scias tamen a priscis illis etiam e græcis dictionibus fuisse aspirationem eiectam ut sæpius dixi

Th ante L uel M uel N uel R uel S

QVID q̄ theta in multis dictionibus inuenitur positum ante l ut in his athleta athleticus. Mesthles nomē propriū. Pentathlū genus exercitationis quod alii quinquertiū: alii quinquatriū dixerunt Thrulla ferramentū cemētariū quo utuntur ad parietes calce illinendos: quod thrullisare appellat uitruius. Est autē græcū uerbū θρυλλίζω thryllizo cui tñ nō omnes græci aspirāt. Trulla uas aspiratione caret: fitq; a trua per diminutionē. ANTE. M. in his Isthmos mons inter duo positus maria. Isthmicus. isthmoneus. isthmica ludi a theseo in honorem neptūni instituti. rhythmus: rhythmicus. Arithmetica: arithmeticus. Tmolus lidiae mons aspiratione caret cui ad primā syllabā poete aliqui adiciūt lram I ut Ouidius. Deseruere sui nymphe uineta timoli: habet etiā t aspiratū ante m Eurythmia qui ē motus corporis aptus & decens. Itēq; porthmeus in qua uoce semiuocalis r p̄cedit theta quā semiuocale multi abiciunt læniende uocis gratia. Est autē porthmeus q̄ aliquē mercede ad alterū litus nauicula transfuehit. Nā porthmos ē mare angustius id ē fretū quod inter duas terras immissū illas dirimit: ut hellepontus: vñ Iuuenalis eū quē maro latine portitorē uocauit ut portitor ille charon: ipse porthmea græce appellauit. Durūq; nouitiū horret porthmea: est etiā πορθμεο porthmeuo traicio. ANTE. N. ethnicus. Sunt autē ethnici gentiles quos paulus insectat dicti ab ethnos id ē gens. ANTE. R. thryos nomen oppidi habet y psilon: est itē fluuius elidis. Thriceffa habet oe diphthogū. Erythræ boetie locus. Erythraea urbs: erythraeus. erythrabolus urbs in quā om̄s mulieres cōiectas cōcremauit pheron rex q̄ accepto oraculo lauandi oculos urina mulieris uirū suū tñ experte. cū uxorem plurimasq; fuisset expertus nihilomags cernebat: quibus ob hāc causam concrematis unius deinceps expertus urinā cernēdi sibi uim restitutā sensit eāq; ī uxore duxit. Teuthra midas propriū uiri. Ethra mater thesei & helene ministra: uxor atlantis: & p̄ eo q̄ dicit uirgilius. Nec lucidus æthra sidera polus. At reus & atrides aspiratione carent: quam habet mithridates.

Thrulla

Trulla

Porthmeus

Ethnici

Historia

Ethra



Othryoneus qui cassandrā cū sibi etiā indotatā peteret: eaq; spe e
gregiā in bello operā nauaret: ab idomeneo occisus dicitur. Et an
thropophagi inde dicti q; humanis carnibus uescerent: erythron
mare rubrū: & Othryades hic cū inter spartiatas & argiuos conue
nisset ut triceni utrinq; delecti de agro quodā inter se decernerent
& utri superiores extitissent eorū regio foret unus hic e spartiatas
supfuit: spoliatisq; argiuorū cadaueribus: eorū arma ad suorū castra
contulit: seq; in suo ordine tenuit: Cū hi duo qui ex argiuis reliq;
erant argos abiissent: castris suorū relictis. aiunt tñ othryadem cū
puderet spartā reuerti ob socios interfectos illic apud thyræas (id
enī loco nomē erat) mortem sibi cōstituisse: de quo ouidius i libris
factorū. Nec foret othryades coniestis merlus in armis: Heu q̄tū
patriæ sanguinis ille dedit. Thracia thrax thracius: Thriūphus
quē græci thriambō & triumpho uerbū quis triūphus & triūpha
tor in antiq; epitaphiis sine aspiratione legant. & Cicero affirmet
maiores nō aspirasse q; prisca cōsonantibus nō aspirarent. placet tñ
priscaiano aspirationē fuisse detractā līræ t & additā litteræ p. Nam
qui græce est thriambus latine factus ē triūphus. Thrafo: thrafo
nicus: thrasimeneus lacus. Thrasylus q; fuit astrologus suo tēpore
nobilis: huius a Iuuenale fit mentio. ait enim: humeris reuocata
thrasyli: thraseas: thrasibolus: thrasymedes nestoris filius. multa
etiā alia cōponuntur cū eo quod ē thrasos. Extat etiā monumētū i
quo nomē trafidius est sine aspiratione scriptū: Dis manibus Tra
fidio amarantho ulpia marci: Filia felicissima coniugi sanctissimo
Trasia nomē oppidi caret etiā aspiratione. Threpus nomē p̄priū
quod inueni in uetere sepulcro: & da threpio: pone ad threpium
apud iuuenalē. Thronus soliu. Thranū nomē oppidi: Barathrū:
Anthrax. Inueni tñ in ueteri epitaphio nomē p̄priū antrax q; fiat
ab antro aut q; sit detracta aspiratio prisca: more aspirationē nō
habere: sed prius nomē a medicis nris receptū ē: habetq; aspiratio
nē: significat autē tuberculū qd sepe fit i locis corpis magis pericu
lous: id nomē græce carbonē significat: vñ & medici anthraces car
bunculos appellant: Anabathra: sunt autem anabathra gradus ad
ad sedendum dispositi id est subsellia e quibus spectatur in ludis
quem nos articulare morbum: Græci uero arthreticam uocant

arthron enī articulū dicūt. Teuthras nomē p̄priū. Ante S ponit
theta in hoc nomine bethsaida quod ē iudæū. In quibusdā theta
habet añ se c aspiratū ut in his erychtho erychthonius erychtheus
erychthides: damasichthone: erisichthone: ichthycolla piscis. In q
busdā theta habet s sibi p̄positum ut in his Schenelus qui fuit Ca
panei filius. Stenelaidas. Stenobcea proeti uxor. In quibusdā etiā
habet P aspiratū ut in his phthia pars thessaliæ. phthius. vñ hora
tius ait. phthius achilles phthōgus uox & sonus: & ab eo dipthō
gus aspiratione de littera p dempta. similiter phtirialis morbus a
pediculis dictus: & phtisis quæ græce scribunt per ei. Nā græce
phtheir est pediculus: & phtheiro corrupto: at ptyfis qñ scribitur
per ypsilon caret aspiratione & fit a uerbo qd significat spuo: ptyo
græce hnt duo priora ph añ th: uerū a nris dempta ē aspiratio līræ
p siliter e nomie neptholim quod scribit per t aspiratū: est iudæū
nomen. Desinunt rhuth & leth in T aspiratum.

De R

EX litteris semiuocalibus sola R apud græcos aspirationē recipit q̄
p̄pter rationes quas dixi p̄priā apud illos figurā nō habet ut the
ta & chi sed dasea notat. In dictione aut latina nūq; utimur r aspi
rato: sed in græcis solū dictionibus & in barbaris quibusdam ubi
græcos imitari placuerit: ut i nomie rhoboā quod hebreū est. hu
ic litteræ græci familiarissime aspirat: etiā ubi geminat: ut tyrre
nus. Maiores tñ nri qm̄ superuacua uisa esset eius litteræ aspiratio
quippe q; initio ut Cicero tradit ea solū in uocalibus uterent: illā
de græcis dictōnibus aut detraxerūt aut retinuerūt in paucis. Ro
ma enī græca uox est: & robur ualentiāq; significat: cui licet græci
aspirent: latini tñ in hoc eos imitati nō sūt. Raphanus quoq; græ
ca uox est: radiculāq; significat: habetq; r aspiratū apud illos. Simi
liter regiū urbis nomen: vñ rēginus. quis unq; e nostris aspirauit
his uocibus: hodie tñ in plerisq; græcis ac barbaris græcū scriben
di morē seqmur. Aspiramus quoq; R añ uocales tā in primis q̄
in mediis & ultimis syllabis ut rhadamanthus iudex infernorum
rhamnusia a loco: unde & rhamnusia fortuna. rhea saturni uxor
Rhenus fluuius qui gallos a Germanis diuidit: siue græcū nomē
id sit siue barbarū. Et rhæda quæ habet dipthongū ae. Rhemus

Rhamnusia
fortuna
Rheda



Retheu
Rhet9

Reuma

Rhin

Rhythm9

Rhabbi

Dyrrhachiu
Cherrhonesus

frater romuli: q̄q̄ huic nomini pauci nūc aspirāt. Et rheminius p̄ priū hominis: & rhesus & rtheius a loco. Fuit. n. retheū oppidū agri troiani. Rhetor: rhetorica. rhætus p̄ prium centauri: & rhœbus equi. de quo apud uirgiliū. hñt hæc duo nomia diphongū oe. Rheo græce significat id quod apud nos fluo. ab hoc uerbo reuma id est capitis abscessus: dicit̄. Cui uoci licet ea nup̄ recepta fuerit a medicis n̄ris: nemo tñ est qui aspiret. Rhinoceros animal Rhin græce nasus dicit̄: vñ id animal nomē duxit. Rhindacus p̄ priū hominis. Rhythmus habet hæc uox y psilō. Rhodus insula rhodius: rhodope thraciæ mons. vñ rhodopeius. Rhodanus gal lie fluuius. Rhombus piscis. Rhosolani populi: Pyrrhus: pyrrha deucalionis uxor a quibus humanū genus post diluuiōne illam iactu lapidū instauratum poetæ fingunt. Rhabbi: rhacca: rhama iudeæ dictiones habent apud græcos daseā apud quos etiā sunt qui hoc seruent post geminum R daseā habēt dyrrhachium urbs quæ prius dicta est epidamnus: & cherrhonesus. Ac de aspiratio ne aspirandisq; dictionibus satis dictum sit.

HABES Marine de aspiratiōe librū quē tibi cum cōpatre n̄ro cōmu nem esse cupio: ac tamen si alio in tempore: tuæ libetius paruissim uoluntati: tibi tñ hæc multis etiā grāmaticæ studiosis p̄ futura pe tenti: negare qui nam aut potui aut debui? Cum & magni uiri in scriptitadis his studiosissime uersati fuerit: & grāmatica ipsa nō so lū sit necessaria pueris: sed senes quoq; delectet: ac lōge plura p̄stet q̄ primo fuerit aspectu pollicita. Admirari autē nemo debet si pre cipiendis his q̄ ad hāc l̄aturæ partem p̄tinent: librū & eum quidē grandē impleuerim. Cū & Messala disertissimus orator de littera s scribens: librū integrum occupauerit. Et tñ multa tradendis his omiſsa esse satis scio: nō tam negligentia q̄ rerū occupatione pluri marū. Quāobrē uos ipsos ceterosq; om̄s: qui hæc legerint iterū atq; iterū rogo: ea ut addere cura sit: & si qua minus p̄babūt: illa aut delere aut mutare: In quo uterq; uelstrū uter̄ iudicio & amico rū & suo quo liber emendatior prodeat: Nam q̄q̄ detractores ipse fugio: emendatores non fugio.

Impressū Neapoli Anno .M.CCCC. LXXXI. viii. Ianuarii.

